27 ¶ Quinto ꝯhit̃ irregularitas apoſtatando a fi de catholica: ſic fecit Julianus apoſtata. vt in c. Julianus. xi. q. iij. verꝫ eſt ꝙ ſi apoſtatauerūt pp iuſtū timorē ſi erāt ſacerdotes ſol⁹ Papa diſpenſabit. Si vo diaconi inferioris gradus aut laici ep̄s poterit diſpenſare. Si aūt apoſta tauerūt ſine aliq̄ timore: ſed volūtarie: ſic nul-lus niſi papa diſpenſat cū eis. vt in. c. preſbyte ros. l. di. ĩno Inno. i. c. i. de apoſta. ⁊ Io. dic̄ ꝙ oēs tales apoſtate hodie ſūt vere heretici: ⁊ ī ipſis hñt locū oīa iura' d heretic' ⁊ pene ꝯ eos ſtatute de irregularitate apoſtatarū a religiōe vide ſupra apoſtaſia. §. vi.

28 ¶ Sed nunqd idē erit de fideli facto heretico R. ꝙ ſi clericus erat poterit poſt pñiam ⁊ abiu rationē in ordie ſuſcepto miſtrare. ſed in ſuſci piendis tam clerici q̄ʒ laici ſūt irregulares. vt i. q. vij. ſaluberrimū. Idē dic de eo q in ꝯtēptū eccleſie ab hereticis ſe fecit ordinari cū quibus ſolus papa diſpenſat. i. q. vij. ꝯuenientibus.

¶ Sexto incurrit̃ irregularitas cū quis incur-rit infamiā iuris vel facti. de quo ſupra infa-mia. exēplū habes infra ſortes. §. iiij. in ſortile-gio manifeſto. 29

¶ Septimo incurrit̃ cū quis ordinat̃ ab ep̄o excōicato. qꝛ executionē conferre non pōt qui eam nō habet. i. q. i. gratia. ⁊. c. ſtatuimus. ⁊. q. vij. daibertū. Si tñ hoc fecit ignoranter ſic ep̄s diſpenſare pōt tam in ſuſceptis q̄ʒ in ſuſcipiē dis. Si vo ſcienter: ſol⁹ papa. de ep̄o qui reſi. epi. c. ij. Idcʒ dico de ordinatis ſciſmaticis. vt de ſciſma. fraternitati. ſm Ber. ibidcʒ. Unde nō ꝙ licet heretici: excōicati: ſimoniaci: in ordi ne vel beneficio: ſciſmatici: depoſiti: ſuſpenſi: interdicti: ⁊ degradati. verum corpus xp̄i con ficiant: ⁊ ordines dent veraciter: ſi veram for-mam ſeruent eccleſie. xix. di. ſcōm. ⁊. i. q. i. dñs. ⁊. c. ꝙ quidam. ⁊ de conſe. di. iiij. oſtendit̃: tñ a talibus ordinati executionē nō habent ⁊ ſic di cuntur irrite tales ordinationes de ſciſma. c. i. ſecundū: tñ diſtinctionē premiſſam dicunt ēt Go. ⁊ Io. ꝙ coacti vt a talibus reciperent or dinem ex metu qui pōt cadere in conſtantem virum non indigent diſpenſatione: ⁊ magis placet. vel ep̄s poterit diſpenſare. hodie tñ iſta habent magnā modificationē ex cōſtitutione concilij conſtantienſis vt. ſ. Excōicatio. viij. §. iij. ⁊ ideo nō incurrit̃ hec irregularitas: niſi q̄ ad illos quos tenemur euitare p dictā conſti-tutionē: non quo ad alios. 30

¶ Octauo incurrit̃ cū quis recipit ordines ab eo qui renunciauit ep̄atui: ſic diſtinguendo. qꝛ ſi reſignauit ſolū loco: ⁊ nō dignitati. qꝛ ſic re-manet ep̄s: ſi de licentia ꝓprij epi qs ab eo re-cepit ordines nō eſt irregularis. Si vo ſine li centia ꝓprij prelati ſic irregularis eſt. de or. ab ep̄o. q reſi. c. i. Si vo talis ep̄s reſignauit non ſolū loco. ſed ēt dignitati: tūc ordinatus a tali cū licentia ſui epi in minoribus ordinibus nō eſt irregularis: ſed ſi ſine licentia ſui prelati vl' maiores ordines a tali ſuſcepit ſcienter vel ex ignorantia craſſa. ſic irregularis eſt ⁊ ſolus pa pa diſpenſat. Si āt ex ignorantia ꝓbabili ſic ēt irregularis eſt: ſed ep̄us poteſt diſpenſare. vt in. d. c. i. Et ex hoc pʒ ꝙ ep̄atus eſt ordo in q̄ imprimit̃ caract. qꝛ vere cōfert ordines ⁊ cha racterem ipſorum: qꝛ nō reordinant̃: ſed diſpē 31

ſantur vt miniſtrent.

¶ Nono incurrit cũ qs recipit ordines ab alieno epõ ſine licentia ſui p̃lati ſm aliq̃s: ⁊ ordiator eſt ſuſpẽſus p annũ a collatiõe oĩm ordinũ de tempo.or.c.eos.li.vi. Intellige ſi ordinatus erat clericus: aliter non incurrit. Item intellige de anno ꝯtinuo ⁊ integro.c.ꝓuida. de elec. li.vi.ſed ſm glo.in.d.c.eos.⁊ Bo.lz ordinator ſit ſuſpenſus.ordinati tñ ſic nõ ſũt ipſo iure irregulares: ſed ſũt ſuſpendẽdi p.c.q̃ tranſlatoꝝ ⁊ ibi Idẽ tz.d. Anto.de tẽpo.or. ⁊ ſi celebrent anteq̃ꝫ ſuſpendãt nõ efficiciunt irregulares.⁊ hoc ſeq̃t Po. Bual. Buil. ⁊ magis placet: lz grauiter peccent celebrando anteq̃ꝫ eoꝝ p̃lati habeãt ratã talẽ ordinationẽ. vt no.in.d.c.eos Fallit hoc qñ prelati ſũt ſuſpẽſi manifeſte pp alienoꝝ ordinationẽ.q̃ q̃ꝫdiu ſic ſunt ſuſpenſi ei⁹ ſubditi pñt ſine eoꝝ licẽtia ab alienis vicinis epĩs ordinari: vt in.d.c.eos qui. Et manifeſti ſunt: vel p iuris euidentiã. q̃ cõuicti vel cõfeſſi ſunt in iudicio: aut q̃ manifeſte ordinauerũt alienũ: ⁊ nõ ſolũ predicta locũ hñt i epĩs ſed in abbatibus ⁊ quibuſcũq̃ꝫ ordines ꝯferẽtib⁹. Sed q̃ ad vltramontanos ab epõ ciſmontano ordines ſuſcipientes ſine licentia epĩ de cuius diocesi traxerũt originẽ. vl' in cuius diocesi bñficiati ſunt q̃ ꝯſtet p patentes lr̃as cãm rõnabilẽ ꝯtinentes. q̃ ipſos nolit vel nõ poſſit ordinare. Tene q̃ ſunt ſuſpenſi ipſo iure tali ſuſpenſione q̃ ſi celebrant efficiunt irregulares: nec poterũt a tali ſuſpenſione abſolui niſi a papa. vt in.c.i.de tempo.or.li.vi. Sed hec pena hz locũ in quibuſcũq̃ꝫ ordinib⁹ receptis ab epõ italico ab vltramõtano quocũq̃ꝫ ſm cõez opinionẽ in.d.c.i.ſed ñ habebit locũ in italico ordinato ab vltramontano epõ. vt ibi tz glo. Silr̃ nõ habebit locũ in exñtib⁹ intra montes ſi ordinent ab italico epõ. vt ibi no.

33 ¶ Quero qs põt dare predictã licentiã accipiendi ordines ab alieno epõ. R. q̃ epũs de cuius dioceſi eſt oriũd⁹ ordinãd⁹. vel epũs in cuius dioceſi bñficiũ hz eccleſiaſticũ vel domiciliũ: lz nõ ſit oriũd⁹ ibi. Itẽ epõ agẽte in remotis põt cã dare eius vicarius generalis in ſpũalibus Sede Xpo vacante: capitulũ dare põt. Alij ãt officiales epoꝝ ⁊ ẽt arcbidiaconi non pñt.c.ſignificaſti de offõ archi.nec quicũq̃ꝫ alij inferiores prelati religioſi: vel alij niſi ſint p papam priuilegiati. vel ſm Io.an.niſi habeant h̃ ex p̃ſcripta ꝯſuctudine. Religioſi tñ in priorratib⁹ nõ exemptis p ſuos prelatos deputati priores ⁊ eoꝝ ſocij pñt dũ ibi morant a locoꝝ ordinarijs ordinari.lz nõ ſint ibidẽ oriundi.c.cũ null⁹ de tempo.or.li.vi.

¶ Vtrũ poſſit abſoluere ⁊ diſpẽſare cũ iſtis d̃ licentia miſſis epũs cui mittunt: ſicut poſſet ſu⁹ ꝓprius prelatus. R: q̃ ſic. q̃ oĩa vident ꝯceſſa ſine quibus ordinatio nõ põt expediri.c. preterea.de offi.dele. 34

¶ Decimo incurrit irregularitas: cũ qs ordines recipit extra tpa ſtatuta. di.lxxv.c.vlti.de tempo.or.c.ij.⁊.c.cũ qdã.⁊.c.ꝯſultatiõi. Inno. tñ credit ⁊ Po.q̃ nõ ſunt ipõ iure ſuſpenſi ab ordine ſuſcepto: ſed dñt ſuſpendi.ar.c.lr̃as. in fi.de tem.or.⁊ ſic exponũt dictũ.c.cũ quidã ibi debes expertes reddere.ſ.p ſniam.do.Anto.in c.lr̃as de tem.or.tenet q̃ ordinatus eſt ſuſpenſus ipſo iure: ſed ordinãtes ſunt ſuſpendendi. ⁊ hoc eſt verius. vt pz in.c.ij.de tẽ.or. Cõcedit tñ epĩs diſpenſatio in ſuſceptis: vt miſtrẽt in.d.c.ꝯſultatõi.ſed ſz Rodo.nõ poterit diſpẽſare in ſuſcipiendis cũ ibi nõ dicat niſi de ſuſceptis Nõ tñ ille epũs q ordinauit poterit diſpenſare. ſed ei⁹ ſucceſſor ſm do.An.in.d.c.ꝯſultationi. 35

¶ Vndecio incurrit cũ qs p ſaltũ ꝓmot⁹ adminiſtrat in ordine ſupiori ſm Po.in ſũma. ⁊ ſol⁹ papa diſpẽſabit.ſed Archi.in.c.ſolicitudo liij.di.tz q̃ talis nõ eſt ſuſpenſus: niſi ſicut ille q eſt in mortali: ſed ẽ ſuſpendẽd⁹. ⁊ iõ ſi celebrat anteq̃ꝫ ſupplicat omiſſũ: peccat mortalit̃: ſed nõ efficit irregularis. ⁊ eſt verius. vt in.d.c.pater. 36

¶ Sed nunqd ſuſcipit characterẽ ordĩs ſupioris talis. R. q̃ ſic ſm cõiter Theo. ⁊ eſt verius. Fallit hoc in epõ q niſi ſit ſacerdos nõ ſuſcipit characterẽ epalẽ ſm Ray.ſed verius credo q̃ ſuſcipiat characterẽ: ſed nõ executionẽ ſi nõ ẽ ſacerdos.c.ex lr̃is de exce.prela. ſed ſi eſt ſacerdos lz nõ habuerit aliquẽ alioꝝ ordinũ ẽt ſuſcipit executõꝫ. q̃ põt ꝯferre oẽs ordines p̃ter illũ quẽ ñ hz.i.q.i.c.gr̃a.⁊.q.vij.daibertũ: lz peccet mortaliter. Et ſi daret illũ ordinẽ quẽ non hz incideret in penã. de qua in ſequenti.§.dr̃. Et ille non eſſet ordinatus. 37

¶ Duodecimo incurrit cũ quis admiſtrat in ordine quẽ nõ hz. vt in.c.i.⁊.ij.de cle.nõ or.mi. Et nõ q̃ p̃dicta pena locũ hz ſi exercet aliquid deputatũ certo ordini tanq̃ꝫ in offõ ꝯſtitutus puta diaconus legit euangeliũ vt diaconus: Subdiaconus epl'am vt ſubdiacon⁹: ⁊ hmõi. ſecus ſi legeret nõ tãq̃ꝫ in tali officio. ſic ſi monialis legit euãgeliũ i matutino.xxvij.q.i.diaconiſſã in glo. ⁊ clericus deficiẽte ſubdiacono 38

in ſolēnitatibus indutꝰ ſine manipulo cantat
epl'am. vt no. in. c. vt quiſq; preſbyter. de vi. ⁊
ho. cle. q2 nō eſt irregularis ſm Ho. ⁊ Inno.
ibidē. Pa. vō in. c. vt qſqʒ de vi. ⁊ ho. cle. tʒ ꝙ
nō effugit irregularitatē: ſi cū veſtibus ſacris
cantat epl'am vel euāgeliū. ſecus ſi ſine veſtibꝰ
cantat epl'am. q2 licet. facit qd̄ no. xcij. di. nō li/
ceat. ⁊ mag' placet. q2 hec opinio eſt veriſſima
ſi ſic indutꝰ adminiſtrat calicē diacono vel p̄/
ſbr̄o: qd̄ eſt ꝓpriū officiū ſubdiaconi: ⁊ princi/
palis actus ordis talis. ⁊ opinio Ho. ⁊ Inno.
dʒ intelligi qñ ſolū cantat epl'am ēt cū dalma/
tica ſed ſine manipulo ⁊ ſine oblatione calicis
diacono: ſed vt ſimplex clericus. Et cū talibus
ſic adminiſtrantibus in ordinibus nō ſuſceptis
vt dictū eſt nō licere. Nō diſpenſat niſi papa:
ſm Ho. ⁊ Bo. vt ad maiores aſcēdat ſed i ſu/
ſceptis poterit eps̄ diſpēſare. Ber. vō in. c. ex
lr̄is. de cle. ñ or. mi. tenet ꝙ eps̄ pōt diſpenſare
ēt vt ad maiores aſcendat. Sed tene primū ſʒ
Pa. in. c. quāto de ꝯſue. ⁊ in. d. c. ij. limita ēt p̄
dicta vera in exercentibus actū deputatū ordi
ni ſacro. q2 ſm Ar. in. iiij. di. xxiiij. Officia qt
tuor ordinū minoꝝ exerceri licite pñt a nō or/
dinatis. Item ꝙ tale quid exerceat nō ex ludo
ſeu ioco: q2 lʒ peccet mortaliter nō tñ erit irre/
gularis. xv. q. i. illa in fi. q2 volūtas ⁊ ꝓpoſituʒ
maleficia diſtinguūt. c. cū voluntate. de ſen. ex.
hoc ſequit' Ho. Itē ꝙ nō ſit mere laicus. q2 ſʒ
directo. li. iij. ti. viij. nō incurreret irregularita
tē mere laicus adminiſtrans in aliq̄ ordine. ⁊ pla
cet q̄uis Cal. in. c. ij. de cle. exco. mi. teneat ꝯriū
Itē ꝙ hoc nō faciat ignoranter q2 ſi ꝓbabilit'
credebat ſe ordinatū nō erit irregularis.

39 ¶ Sed pone ꝙ qs in ordinatiōe ſua omiſit ali
qd qd̄ certū eſt non eſſe de ſubſtantia: ſed tñ dʒ
ſuppleri. Nunqd ſi anteq̄ʒ ſuppleat' adminiſtrat
in tali ordine erit irregularis. R. ꝙ nō. nā licet
nō debeat miſtrare donec fuerit ſuppletū, qd̄
eſt omiſſum. vt in. c. i. de ſa. nō ite. tñ q2 iſta ſu/
ſpenſio nō eſt ꝓpter delictū ſuū. iō peccat mor
taliter ante ſuppletionē miniſtrando: ſed non
eſt irregularis. Facit qd̄ no. Pa. in. c. ſi celebrat
de cle. exco. mi. de vitiato corpore miniſtrante
qui non efficit' irregularis ſm eū. Quidā tñ te
nent ꝙ eſt irregularis: ſed nō credo verum: q2
nullo iure ꝓbatur.

40 ¶ Tertiodecimo incurrit' irregularitas qñ ex/
cōicatus interdictus: vel ſuſpenſus quis ex̄ns
celebrat: vel facit aliqd attributū certo ordini
eccleſiaſtico etiā minori. puta acolitatus: exor/
ciſte ⁊ hmōi: ſʒ cōmunē opinionē. vt no. Ho.
⁊ Jo. an. ⁊ Pa. in. c. ij. de cle. exco. mi. ⁊ diſpen
ſat' ſolū p papam. vt in. c. i. de re iudi. li. vi. ⁊ in
c. i. de ſen. exco. li. vi. Secus ſi attentat aliqd ex
ercibile etiā p laicos. vt q2 cantat Requiē eter
nam: vel verſum pſalmi ⁊ hmōi: q2 lʒ grauiter
peccet nō euitando cōionem ſibi interdictam
tñ nō efficitur irregularis. vt in. c. tanta. de ex/
ceſ. prela. niſi quis audiret diuina auctoriçādo
Vt q2 eps̄ facit corā ſe celebrari. q2 tūc irregu
laris efficit'. Secus ſi audiret nō auctoriçando
vt vult glo. in cle. ij. de priuile. ⁊ Pa. in. c. illud
de cle. exco. mi. Et ita intelligit Jo. an. qui dicit
ꝙ celebrans ⁊ concelebrans exponit. ſ. auctori/
çando ꝙ efficit' irregularis.

¶ Sed quid ſi ignorat ſe excōicatum interdi/ 41
ctum vel ſuſpenſuʒ. R. Rodo. ꝙ ſi eſt ignorā
tia probabilis facti. puta q2 miſerat ꝓcuratorē
qui tñ ꝓcurator nō comparuit: ⁊ ſic fuit excōi
catus ſic excuſat' nec efficit' irregularis celebrā
do anteq̄ʒ ſciat. Secus ſi ignorauit craſſe. puta
q2 citatus noluit cōparere: ⁊ ſic fuit excōicatꝰ
q2 nō excuſat' ab irregularitate. ⁊ ſic intellige
c. apl'ice. de cle. exco. mi. Idem Rodo. dicit de
eo qui ꝓbabiliter dubitat de excōicatione. pu/
ta q2 ꝯſcius de culpa quā fecit exiſtimat ſe fuiſ
ſe excōicatum. q2 ſi fuit ⁊ celebrauit irregularis
eſt. Item dicit Pa. in. d. c. illud: ꝙ habens no/
ticiam excōicationis p ſolam famā ſi nō abſti
net irregularis eſt. ſi modo verū cōperit poſtea
Sed aduerte ſm glo. in. d. c. illud. ꝙ dicta pau
coꝝ nō faciunt famam de accu. c. inquiſitiōis
nec tenetur credere. lʒ dicat' ei ab aliquibus. xi
q. iij. non ſolum ille. qd̄ verum eſt: niſi ex cōſci
entia culpe vel dictis plurium inſurgeret no/
tabile dubiū: q2 ſic non effugeret irregularita
tem non abſtinendo.

¶ Sed quid ſi iudex dicat. ſuſpendo te ab offi 42
cio vel beneficio. R. Pa. in. c. latores. de cle. ex.
mi. Hoſ. in. c. quanto de magiſtris dicit non
valere talem ſniam ratione incertitudinis. l. iij
C. de ſentētijs que ſi. cer. quā. d. Anto. dicit aut
conſtat de intentione: ⁊ ſic ſerua. aut nō cōſtat
⁊ ſic tutius eſt abſtinere ab vtroq;: tñ ſi nō ab
ſtinet non efficit' irregularis. Et h̄ tenet Pa.
ibidē dicens. Nā lʒ ſnia iniuſta liget: tñ hoc dʒ
intelligi verum qñ de ea apparet. ſed hic non
apparet an ab officio vel a bñficio voluerit ſu
ſpendere. Et ideo non efficit' irregularis: ipſā
non ſeruans.

¶ Vtrū excōicatus minori excōicatione ſit ir 43

regularis ſi celebrat. R. Pa.in.c.ſi celebrat.de cle.exco.mi. q̄ nõ: q2 põt exercere que ſūt iuriſditionis: ꝛ conferre ſacrã. ꝛ collatio tenet ꝛ h3 ſuũ effectũ. tñ peccat mortaliter ſciẽter hoc faciendo ꝛ ſine neceſſitate. Rõ aũt quare nõ efficit irregularis eſt. q2 excõicatio minor nõ inducit ſuſpenſionẽ ordinũ vel officij: ſed tm̃ priuat participatione ſacrorum. vt in.d.c.ſi celebrat

44 ¶ Utrũ oĩs ſuſpenſus celebrans ſit irregularis vide.j.ſuſpenſio.iij.

45 ¶ XIIIJ. incurrit irregularitas rõne criminis. vt xxv.di.c.primũ. ꝛ.xlviij.di.c.qm̃. ꝛ.i.q.vij.ſi qs oẽm. ſed diſtingue vt no.in.c.ex tenore.de tẽp. or. ꝛ.s.diri crimen.§.iiij.

46 ¶ Quis aũt põt diſpenſare in hac irregularitate. vide.s.diſpenſatio.§.v.

47 ¶ XV. incurrit irregularitas ex bigamia vt ex de bigamis p totũ. ꝛ de hoc ꝛ quis põt diſpẽſare. vide.s.bigamia.§.viij.cũ ſe.

48 ¶ XVI. incurrit cũ qs in ſacris cõſtitutus cõtrahit matrimoniũ. dic vt.s.bigamia.§.ix.

49 ¶ XVIJ. incurrit p ſolẽnem pnĩam factã.l.di. ex penitentibus. põt tñ eps diſpẽſare in minoribus ordinibus ꝓpter neceſſitatẽ eccl̃ie.l.di. placuit. In maioribus aũt ſolus papa.l.di.ex penitentibus. ꝛ.li.di.qui in aliquo. dicit tamen Innocen. ꝛ Hoſtien. q̄ hoc non ſeruat curia. ꝛ ſic videtur q̄ hodie non habeat locum hec irregularitas.

50 ¶ XVIIJ. incurrit cũ qs celebrat in loco interdicto. vt in.c.is q̄ d̃ ſen.ex.li.vi. ꝛ a ſolo papa diſpenſat. de quo.s.interdictũ.vij.§.i. vel ſup altari enormiter fracto. vt.j.miſſa.§.xxxvi.

51 ¶ XVIIIJ. incurrit vitio adueniente in corpore ſiue a propoſito: ſiue a caſu. de quo dic vt.s.corpore vitiatus.

52 ¶ XX. incurrit rõne illegitimitatis. vt in.c.i. de fi.preſby. ꝛ in.c.is qui.co.ti.li.vi. verũ eſt q̄ in minoribus ordinibus põt eps diſpenſare: ſ3 ad ſacros ordines nõ põt cũ eis diſpenſare niſi papa. vt in.d.c.i. Sed ſi efficiantur religioſi poſſunt ꝓmoueri de iure cõi ad oẽs ordines etiã ſacros. vt in.d.c.i.

53 ¶ Quid ſi illegitimatio ſit ſecreta: ita q̄ ſolum ipſe illegitimus eam ſcit. R. ſm directo.in ti.d̃ fi.preſby. qd̃ peccauit mortaliter ſi ſe ordinari fecit.c.fi.de temp.or. nec credo debeat uti ſuſceptis ſine diſpenſatione.

54 ¶ Quomodo quis dicatur illegitimus. vide.s filius.p totum.

55 ¶ XXI. incurritur cum quis adultus vſq3 ad egritudinẽ differt baptiſmũ accipe.l.vij.di.c.ſi quis. ꝛ hoc verum niſi poſtea eius ſtudiũ ꝛ fides ꝓbabilis fuerit: aut hoim raritas exegerit. alĩs nõ põt ordinari ſine diſpenſatione pape. ar.p̃fati.c. nec p baptiſmũ tolliť hec irregularitas vt dicit glo.ibidem. q2 idem non poteſt parere obligationẽ ꝛ liberationẽ.ff.de ſolu.l. qui hominẽ.§.vlti. ꝛ hoc eſt quia eccleſia preſumit q̄ non ex voluntate: ſed ex neceſſitate baptiçatur vt in.d.c.ſi quis.

¶ XXIJ. incurriť ſi religioſus clauſtrũ egrediť ad audiendũ leges vel phiſycã ſi aũ duos mẽſes nõ fuer.t reuerſus: ꝛ ſolus papa diſpenſat in hac.c.vlti.ne cle.vel mo. 56

¶ XXIIJ. incurrit irregularitatẽ quilibet eps preſbyter aut diaconus qui p̃textu iniuſte excõis h3 recurſũ ad Imperatorẽ: ꝛ a ſolo papa diſpenſabiť.xxi.q.vlti.c.pe. ꝛ in.c.ſi quis eps.xxiij.q.vlt. ampliať ad oẽs qui ſunt ſub eccleſiaſtica regula predicta irregularitas: ſed non ipſo iure: ſicut in predictis. De hac materia vide.j.ordo.iij.p totum. 57

IRregularitas quõ tollať. R. tribus modis. Primo p baptiſmũ deleť oĩs irregularitas c̃tracta añ baptiſmũ cũ pctõ ſ3 Archi.xxvi.di.c.deinde. ꝛ Pa.i.c.gaudem9 d̃ diuor. ꝛ ẽt illa q̃ venit ex ſequela pcti: ſicut eſt infamia. Itẽ oĩs irregularitas homicidij: ſiue fuerit cũ pctõ: ſiue non. Facit ꝓ hoc.c.ſi quis viduã.l.di. ꝛ.§.i. ꝛ.c.ſi quis poſt.li.di. irregularitas ꝟo bigamie ꝓpter defectũ ſacri nõ tolliť.xxvi.di.acutius. ꝛ.c.deinde. ꝛ hec eſt cõior opinio: l3 alij tenuerint q̄ nulla irregularitas deleať p baptiſmũ vt facit Ri.de mediauilla.i ij.quolibet.q.xx. Alij ꝟo tenẽt q̄ illa irregularitas que prouenit in homicidio ſine pctõ nõ deleť. vt no. Pa.in.d.c.gaudemus. ſed tu tene qd̃ diri.s.baptiſmus.vij.§.iij. q2 verior eſt vt patet in dictis iuribus.

¶ Scdo tolliť p religionis ingreſſũ. vt no.glo. in.c.ij.de apoſta. ſed nõ oĩs ſm p̃dictã glo. ſed ea ſolũ que nõ ꝓuenit ex delicto ꝓprio. vt i.c. i.de fi.preſby. ita q̄ põt ꝓmoueri ad ordines ſine diſpenſatõne: ſed nõ ad dignitatẽ vel prelationem ſine diſpenſatione. vt.c.fi.de fi.preſby. ꝛ Ho.in.c.ij.de apoſta. ꝛ ſic dicit intelligendam aut.de mona.in prin. vbi dicitur q̄ religionis ingreſſus omnẽ tollit irregularitatem Sed tu dic ſm Pa.in.d.c.ij. q̄ non tollit niſi tm̃ illã de qua eſt in iure expreſſum q̄ tollatur

Inducit bñ faciliorem diſpenſationem.
2 ¶ Tertio tollit̃ ꝑ diſpenſationẽ pape. vñ in oĩ
irregularitate põt diſpenſare: cũ oĩs irregula/
ritas ſit de iure poſitiuo.ij.q.vij. Itẽ daniel.ꝛ
tꝫ Inno.de renun.c.niſi in verbo irregularitaſ
ꝛ hoc cõiter tenet̃. Epĩ aũt quõ diſpenſari poſ
ſunt dictũ eſt.ꝛ habes.s̃.diſpenſatio.§.v.

**IRriſio** vide.s̃.iterrogatio ĩ fili
ab⁹ ſupbie.ꝛ.s̃.deriſio.

**IRonia** Vide ironia p.h.

**IStrio** Vide hiſtio p.h.

**IUdeus** dr̃ ille qui ad lr̃aꝫ le
gem moſaycam ſeq
tur tenẽdo circũcidendo: ꝛ alia legalia
faciendo ad lr̃am. Ideo xp̃iani qui nimis ad/
herent littere iudaiçare dicunt̃. de ſacra vn.c.
vnico.§.penul. qd̃ facere nõ dñt.v.di.§.i.ꝛ.vi.
di.§.vlti.de cele.mi.c.cum marthe.§. ceterum
de conſti.tranſlato.
1 ¶ Que ſunt que prohibent̃ iudeis indirecte ab
eccleſia q̃ xp̃iani nõ dñt tolerare.R̃.xvij. Pri
mo ne habeant cõionem aſſiduam xp̃ianorꝫ
maxime ſimpliciũ.vñ xp̃iani nõ debent come
dere cum eis:nec habitare:nec eos ad ſua con/
uiuia recipere.xxiiij.q.i.nulluſ.ꝛ.c.oẽs.dicit tñ
Hugo.in.d.c.oẽs:ꝙ ſi cibos nõ diſcernũt licet
comedere cum eis.ſed vbi cibos diſcernũt nul
lo modo licet.coꝝ quoqꝫ açima xp̃ianis eſt ꝓ/
hibitũ comedere.qꝛ eſt cibus diſcretus ab eis
qui inhibet̃ in.d.c.oẽs.Et clericus contrariꝫ
faciẽs debet deponi:ꝛ laicus excõicari.d.c, nul
luſ.Rod.tñ tenet ꝙ in neceſſitate liceret come
dere.qd̃ verum credo nõ vt açima:ſed vt panẽ
ꝛ nõ ꝙ cõio in mercimonijs cũ iudeis nõ pro
hibetur niſi aliqñ in penam,vt in.c.poſt miſe/
rabilem de vſu.ſed ſolũ nimia familiaritas.vt
in.d.c.nullus.ꝛ.c.ad hec.de iude.cuꝫ ſimilibus.
vñ admonitus nolẽs abſtinere ab eoꝝ nimia
familiaritate peccaret mortaliter.
2 ¶ Sed querit̃ vtrũ liceat xp̃ianis eis ſuire.R̃.
Pa.in.d.c.ad hec.Ho.voluit ꝙ ſic. extra do/
mũ:ſed in domo nõ.c.iudei.eodem. ſed Pa.ꝛ
meli⁹:dicit ꝙ nec extra domũ aſſidue.cũ tex.ibi
nõ faciat mentionẽ de domo.ꝛ iõ ꝓhibet̃ aſſi/
dua familiaritas ꝛ cõtinua ꝯuerſatio tã in do
mo q̃ꝫ extr̃ domũ.ꝓpterea xp̃iani ĩ familiari ſeu
aſſiduo ſeruitio iudeoꝝ eſſe nõ dñt. Intellige
qñ pſone iudeoꝝ interſunt.ſec⁹ eſſet ſi edificiũ
edificent ad vtilitatẽ iudeoꝝ mercede ꝯſtituta
ꝛ hmõi:vel laboret̃ agrõs.facit.d.c.nullus.
¶ Vtrũ xp̃ianus poſſit hr̃e ſeruũ iudeũ. R̃.ꝙ
ſic.vt i.c.ꝛ ſi iudeos.eo.ti.xxiij.q.viij.c.diſpar. 3
nõ tñ dꝫ cũ eo morari:ita ꝙ cũ habeat familia
rem.xxviij.q.i.ſepe ꝛ.c.nullus.ꝛ.c.oẽs.
¶ Vtrum liceat mulieribus xp̃ianis nutrire
filios iudeorum.R̃.Pa.in.d.c.ad hec.ꝛ glo.ꝛ 4
Io.an.ꝛ do.Anto.tenent ꝙ non: neqꝫ in do/
mo neqꝫ extra domuꝫ.Sed dominus Car.di/
cit ꝙ ſolum prohibentur in domo ꝓpter tex.
prefati.c.ad hec.qui dicit in domo.ſed ego di/
co etiam extra domum non licere quando ni/
mia familiaritas ꝛ conuerſatio ex hoc contra/
hitur.alias extra domum non eſt prohibitum
ar.d.c.nullus.iuncto iſto.c.ad hec.
¶ Sed nonne ep̃s poterit diſpenſare:vt etiaꝫ 5
in domo nutriant.R̃.Pa.in.d.c.ad hec.ꝙ nõ
ꝛ ita conſuluit dñs Car.qꝛ iſta prohibitio eſt
in honorem fidei.
¶ Vtrũ iudeus poſſit hr̃e xp̃ianuꝫ aſcripticiũ 6
vel originariuꝫ.R̃.ꝙ ſic.vt in.c.multoꝝ.eo.ti.
ſed ſeruũ nullo modo.vt ibidẽ.
¶ Secundo nõ debent mederi xp̃ianis. vñ in 7
d.c.nullus.ꝛ.c.omnes prohibetur xp̃ianis ne
in ſuis infirmitatibus iudeos aduocent:neqꝫ
medicinas ab eis recipiant.dicit tamen glo,in
d.c.nullus.ꝙ medicinalia poſſunt xp̃iani a iu/
deis emere:ꝛ poſtea preparare ea:ſed non me/
dicinas preparatas.
¶ Tertio prohibet̃ ne cũ xp̃ianis balneent̃ in 8
vno balneo ſimul.d.c.nullus.ſupradicta oĩa ꝓ
hibent̃ laicis ſub excõis pena.clericis xo ſub
pena depoſitionis. ꝛ ſic peccant mortaliter ꝯ̃
facientes.Limitarẽ tñ de medico:verũ niſi in
caſu neceſſitatis qñ alium hr̃e non poſſet qꝛ
neceſſitas facit licitũ:qd̃ alias nõ eſt.c.conſiliũ
in fi.de obſerua.ieiu.hoc idem tenet Hugo.ꝛ
ſimiliter eſt dicendũ qñ licet habeat alium me
dicũ ſed non ſufficientem.
¶ Quarto ne iudei ex teſtõ xp̃iani aliquid ca/ 9
piant.C.de iudeis.l.i.Item nõ põt aliquis xp̃i
anus aliquid congregatione iudeoꝝ:vl' iudeo
aut pagano in teſtamento relinquere.ꝛ ſi fece/
rit etiam poſt mortem anathema iudicabitur
xxiiij.q.ij.ſane.el.ij.niſi legaret.intellige extre/
me neceſſitati alicuius.
¶ Quinto ne procedant in publico ſine habi/ 10
tu diſtincto:vel ſigno quo diſcernantur a xp̃i/
anis.vt in.c.nõnullis.eo.ti. ꝛ hoc verũ tam in
maſculis q̃ꝫ in feminis.ꝛ debet eſſe patens ſi/
gnũ:non ſub plica vel mantello ſꝫ doc.in.d.c.

in nonnullis.

11 ¶ Sexto prohibet̃ eis ne nouas ſynagogas erigant. vt in.c.cõſuluit.co.ti.poſſũt tñ antiquas reedificare: vel ruinoſas reſarcire: ita tamẽ ꝙ noua edificatio nõ perdat antiquã formaꝫ: qꝛ vbicunqꝫ mutatur priſtina forma. vtputa qꝛ fit precioſius vel magis amplũ: tunc dr̃ nouũ edificiũ: ⁊ cadit ſub ꝓhibitõne noui edificij. vt pbat̃ ex tex. iſtius.c.conſuluit. Facit qd̃ in fili no.in glo.in.c.admonere.xxxiij.q.ij.⁊ in.c.preſbyter.lxxxij.di.que vult ꝙ ſagimine licet vti illis diebus quibus vtimur ouis ⁊ caſeo.lꝫ nõ liceat vti carnibus quaſi ſit mutata forma ⁊ ꝑ conſequens rei ſubſtantia. ⁊ etiaꝫ facit qd̃ no.i c.cũ cãm.de teſti.in verbo in tpe ⁊ in glo.in.l. iulianus.§.ſed ⁊ ſi quis.ff.ad exhiben.

12 ¶ Sed qd ſi antiqua ſynagoga ex toto corruit ⁊ funditus. R. Pa.in.d.c.conſuluit ꝙ nõ poterunt reedificare. qꝛ eſſet nouũ facere ex ꝙ̄ funditus eſt deſtructa. Facit ad hoc qd̃ legit̃ ⁊ no. in.l.inter ſtipulantẽ.§.ſacram.ff.de ver.ob. vide bonam glo.in ſimili.in.c.iij. de iure patro. Et nõ ꝙ ſi nouas ſynagogas erigere preſumpſerint in quinquaginta libris auri ſunt puniendi.C. de iude.l.hac victura.

13 ¶ Septimo non poſſunt prefici alicui publico officio inter xp̃ianos: nec ad aliquam dignitatem vel miniſteriũ. vt in.c.cum ſit.⁊.c.pe.eodẽ ⁊.xvij.q.iiij.cõſtituit ⁊.d.c.nulluſ.vñ in.l.fi.C. de iude.dr̃ ꝙ nullũ honorem: nullam dignitatem: nullam preeminentiã inter xp̃ianos pñt habere: intellige de nouo. ſecus eſſꝫ in antiqua qꝛ tolleratur: ⁊ per iſtã.l.infert Bar.ꝙ nõ poſſunt doctorari: cũ ſit dignitas ⁊ preeminentia doctoratus. nec ob.l.generaliter.§.fi.ff.de decurio. que pmittit iudeos promoueri ad dignitates qꝛ intelligitur inter ſeipſos iudeos. non inter xp̃ianos. Unde infert Pa.in.c.ex ſpãli co.ti.ꝙ ẽt omne cõmertiũ ꝑ qd̃ xp̃ianis aliqd̃ grauamen poſſet ingeri eſt prohibitũ iudeis ⁊ paganis. ⁊ ideo lꝫ vendatur eis redditus regalis ⁊ poſſint illud emere. vt i.d.c.ex ſpãli: tñ collectio non poterit per ipſos fieri ſed ꝑ xp̃ianos: qꝛ ſic colligendo poſſet iudeus cõmittere fraudes: ⁊ tenetur dare pauperibus quicquid lucratus eſt ex tali officio. vt in.d.c.cum ſit. ⁊ hoc ſm prouidentiam epiſcopi.

14 ¶ Octauo ꝓhibet̃ ne in triduo ante paſcha ⁊ maxime in die veneris ſancti hoſtia vel feneſtras aptas teneãt aut in publicũ exeant extra co.ti.c.qꝛ ſuper his.⁊ in.c.nonnullis.

15 ¶ Nono ne decimas prediales retineant: ſed vt eccleſijs ſoluant. de deci.c.de terris.

16 ¶ Decimo ne teſtimoniũ dicant contra xp̃ianũ de teſti.iudei. imo repellunt̃ ab oĩbus actibus legitimis.ij.q.vij.alieni. ⁊ hoc verũ niſi i caſu hereſis ſi quis ad eos reuerteret̃ tunc pro teſtibus admittunt̃. vt in.c.contra xp̃ianos.de here.li.vi. ſed bñ cogunt̃ xp̃ianum contra eos teſtimoniũ dicentem admittere in.d.c.iudei.

17 ¶ Undecimo non poſſunt conuenire xp̃ianũ apud iudeum: ſed bene apud iudices xp̃ianos arbitrũ. in cã ciuili tamẽ poſſunt eligere iudeũ vt.C.de iudeis.l.iudei. ſnia tñ dꝫ exequi per ordinariũ xp̃ianum iudicem vt ibi.

18 ¶ Duodecimo ne emant ſeruũ xp̃ianum: vel non xp̃ianum ſi mõ vult bapticari.c.i.⁊.c.vlt. eo.ti. vnde ſi iudeus emit xp̃ianum ſeruum: vl' qualitercunqꝫ acquirat ſtatim efficit̃ liber nullo precio dato.liiij.di.mancipia. Si vo ſeruuꝫ non xp̃ianum emit pro ſibi ſeruiendo: tunc voluntate patefacta ꝙ vult effici xp̃ianus ſtatim vendicat ſibi libertatẽ nullo dato precio.c. fraternitatẽ.liiij.di. ſi autem talem non xp̃ianum emit non pro ſibi ſeruiẽdo: ſed cauſa mercimonij: tunc ſi fuit expoſitus ad vendenduꝫ infra tres menſes qui incipiũt currere a die emptionis ſm Ho.in.d.c.fi. vl' ſm Jo.an.⁊ Pa.in.c. i.eodem a die quo petijt chriſtianitatem: tunc non liberatur ab eius ſeruitute niſi dentur iudeo.xij.ſoldi pro quolibet bono ſeruo: qui ſoldi debent eſſe aurei ſm Uin.Bo.⁊ Pa.quoruꝫ lxxij.faciũt vnã libraꝫ auri.C.de ſuſce.prepo. ⁊ archa.l.quotienſcunqꝫ certa ſũma ſoldoꝝ. ⁊ videtur ſentire glo.in.l.quicunqꝫ.C.de ſer.fugi.⁊ pro iſta opinione facit glo.C.de fal.mo.l. ſi quis nũmoſ.ſed ſm Ber.⁊ Ho.in.d.fi.c.dabunt̃ de moneta que eſt in vſu in illo loco.ar. ff.de le.iij.l.nũmis.⁊.ff.de le.i.l.ſi ſeruꝰ pluriũ §.ſi numerꝰ.⁊ magis placet. Et aduerte ꝙ dicit pro ſeruo bono.ergo defalcabitur ſi ille nõ eſt ita bonus.qꝛ ibi bonus accipitur pro optimo ſm Pa.in.d.c.i.ſi vo nõ expoſuit venaleꝫ infra dictos tres menſes. tunc ſtatim liberatur nullo precio dato.d.c.fi.

19 ¶ Utruꝫ vernaculus.i.natus ex ancilla iudei ſi vult effici chriſtianus liberetur ſimiliter. R. ꝙ ſic.nullo dato precio.l.deo nobis.C.de epi.⁊ cle.§.vltimo.

20 ¶ Sed quid ſi aliquis talem emat qui cauſa mercimonij fuerat emptus a iudeo. R.ꝙ non efficietur eius ſeruus: ſed reſtituet ei preciũ.xij

ſolidorum.⁊ erit omnino a ſeruitute liberatus
inſti.de noxa.ac.§.dñs.

21 ¶ Sed pone ꝙ nõ hꝫ precium.℞.ꝙ ſi ſit in ma
nu iudei.puta q: nemo eſt xp̃ianuſ qui velit eũ
emere:Tunc nihilominus liberabit.⁊ hoſtia/
tim quereret preciuꝫ.ff.de manumiſ.l.iiij.§.ſuis
aũt.vel ſi nullo mõ poteſt hr̃e ſeruiat ſibi per
quinquenniũ.vt no.gl.xxxvi.q.i.de raptoribꝰ.
Si vo ſit in manu xp̃iani:tunc ſi alio mõ hr̃e
non poteſt precium ſeruiet ei tantũ ꝙ ſeruitiũ
compenſetur cum precio.⁊ ſic liberatur.ff.de
cap.l.in bello.Hoc verum niſi precium fuiſſet
datum pro anima ⁊ non animo repetendi.ar.
ff.de neg.ge.l.nenſenius.⁊.ff.de reli.⁊ ſump.
fu.l.⁊ ſi quis.§.idem labeo ait.

22 ¶ Tertiodecimo ne vſuras exigãt:ſed exactas
reſtituãt.vt in.c.poſt miſerabilẽ de vſuris pñt
compelli ad hoc per principes ⁊ dñi vt in.d.c.
ꝙ ſi non faciunt debent compelli per iudicem
eccleſiaſticũ cenſura eccleſiaſtica.vt dicit Ho.
⁊ Jo.an.in nouella in.d.c.poſt miſerabilẽ.Fa/
cit.c.poſtulaſti de iudeis.⁊ qd̃ ibi no.vñ prin/
cipes terrarũ peccant mortaliter nõ cogendo
eos ad reſtituendũ vſuras.⁊ ſimiter xp̃iani ſi
ipſis non reſtituentibus monerentur ne cum
eis haberent cõmertiũ ſi poſt monitioneꝫ eis
factam cõmertium cum eis haberent.vt in.d.
c.poſt miſerabilem.⁊.c.quanto.de iudeis.

23 ¶ Quartodecimo ne intemptent contra catho
licam fidem quicquã deteſtabile.ſicut eſt ꝙ nu
trices chriſtiane ꝓiciant lac in latrinas poſtq̃ꝫ
ſuſceperunt corpꝰ xp̃i.vt in.c.⁊ ſi iudeos eodẽ.
⁊ huiuſmodi.

24 ¶ Quintodecimo ne quenq̃ꝫ qui nõ eſt ſue na
tionis aut ſecte preſumant circũcidere ẽt ſi ſit
eoꝝ ſeruus.vt.l.vnica.C.ne xp̃ianũ.man.⁊ ibi
eſt eis pena capitalis.i.perpetui exilij que dr̃
capitalis.vt.ff.de penis.l.rei capitalis.Aliqñ
dr̃ mors naturalis.vt ibidem in prin.

25 ¶ Sextodecimo ne iudeus xp̃ianã in vxorem
accipiat.l.ne quis.C.de iudeis:qd̃ ſi fecerit cri/
men adulterij punietur.vt ibidem.

26 ¶ Septimodecimo ne fidẽ catholicã ĩpugnet
peruerſo dogmate aliter pena ſanguinis puni
tur.vt in.d.l.hac victura in omne euum.

27 ¶ Vtrũ eccleſia poſſit punire iudeos ⁊ paga/
nos ſi delinquunt.℞.ꝙ ſic ſi delinquũt ꝯ.l.na/
turalem:q: illam oẽs recipiunt. Item iudeos
ſi agunt contra.l.veteris teſtamenti ſm Aug.
de anch.in li.de poteſtate pape.

28 ¶ Item nõ ſm eundẽ ꝙ iudei ꝑ papã ⁊ alios
principes quibus ſubdunt̃ dñi cogi ad laborã
dum manibus proprijs.alias fiunt participes
turpis lucri ⁊ pctõꝝ que faciunt. Nec obſtat
c.ſicut de iudeiſ.vbi dr̃ ꝙ nullus exigat coacta
ſeruitia ab ipſis niſi conſueta.q: illud intelligi
tur de ſeruitijs ad vtilitatem dñoꝝ ſolum.

¶ Itẽ nota ꝙ puniunt̃ pena ignis qñ aliqueꝫ 29
ex ſuis q vult xp̃ianus eſſe ſaxis aut alio furo/
ris genere intẽptat.vt.l.iudeis.C.de iudeis.

¶ Que prohibentur xp̃iani facere contra iude 30
os.℞.ꝙ nouem. Primo q violenter non dñt
cogi ad fidem. vt in.c. ſicut de iudeis. de quo
dic vt.ſ̃.baptiſmus.vi.§.xij. Secundo ꝙ non
offendant̃ neqꝫ in perſoniſ neqꝫ in bonis ſine
iudicio terrene poteſtatis.d.c.ſic̃ iudei. Tertio
ꝙ non impediantur obſeruare ſuas conſuetu
dines in ſuis feſtiuitatibus.dũmodo nihil fa/
ciant in opprobriũ xp̃ianoꝝ.xlv.di.qui ſincera
⁊.d.c.ſicut iudei.⁊.l.iudeis.C.de iudeis.Quar/
to ꝙ non exigantur coacta ſeruitia ab eis que
nõ ſunt conſueti facere.d.c.ſicut.de quo dic vt
ſ̃.baptiſmus.vi.§.xij. Quinto ꝙ non fodiant̃
eoꝝ ſepulchra ſiue corpora humata obtẽtu pe
cunie nec eoꝝ cimiteria quiſq̃ꝫ mutilet vel in/
uadat.d.c.ſicut.⁊ contrafacientes xp̃iani ſunt
priuandi officio ⁊ beneficio ſi ſũt clerici.ſi laici
excõmunicandi. vt in.d.c.ſicut. Sexto ꝙ non
debent in ſabbatis eoꝝ ad iudiciũ trahi.C.de
iudeis.l.die ſabbati.⁊.d.c.ſic̃. Septimo ne im
pediantur ſua prout melius poterũt vendere
ſicut nec xp̃iani.C. de iudeis.l. nemo. Octauo
ꝙ ſi conuertant̃ ad fidem nõ ſpolient̃ bonis iu
ſte acquiſitis:neqꝫ debita ſucceſſione:⁊ ſi abla
ta fuerint precipit̃ poteſtatibꝰ eoꝝ locoꝝ ſub
pena excõicationis ꝙ ea faciant reſtituere.c.iu
dei.cl.ij.eo.ti. Ex quo infert Pa.ꝙ non ꝑdunt
agnationẽ ſuam. Vñ debent ſuccedere attinẽ
tibus ſuis ⁊ multo minus bona legitime acq̃ſi
ta cuius contrarium exiſtimant vulgares qd̃
erroneũ eſt. Nono ꝙ nõ ꝓhibeant̃ conuerti
ad fidem ⁊ baptiſmũ ſuſcipere:etiam ſi ſũt ſer
ui xp̃ianoꝝ.ar.c.due ſũt.xix.q.ij.remanebit tñ
ſeruus ſi prius erat ſeruus alicuius xp̃iani:cuꝫ
ſeruitus ſit approbata a deo iure diuino:ciuili
⁊ canonico.xij.q.ij. ⁊ ſi quos vſqꝫ ad.c.eccl'aꝝ
dulcius tñ tractandus eſt q̃ꝫ alij ſerui qui non
ſunt xp̃iani.ar.de ma.⁊ obe.per tuas.

¶ Vtrum eorum filij ſint baptiçandi ipſis in/ 31
uitis.vide.ſ̃.baptiſmus.vi.§.xi.

¶ Vtrum eccleſia peccet permittendo iudeos 32
ritus ſuos obſeruare.℞.ꝙ nõ.q: nõ approbat

ſed permittit. quod autem permittimus nolētes precipimus.i.concedimus. quia malorum hominū voluntateꝫ ad plenamq̄ non poſſumꝰ prohibere.xxxi.q.i.hac rōne.

¶ Vtrū pecunia ⁊ alijs blandimentis poſſimꝰ allicere iudeos ⁊ alios infideles ad fidem.R. glo.in.c.deꝫ homo.xxiij.q.iiij.ꝙ ſic.allegat.c.qđ aūt.xxiij.q.vij.⁊.c. qui ſincera.xlv.di. Similit ſub tali conditione poteſt xp̄ianus aliquā ducere in vxorem vt fiat xp̄iana.xxviij.q.i. caue. ⁊ ſic in ſpūalibus licite fit pactum vbi agitur de conuerſione alicuius ad fideꝫ.⁊ ſic non ob. i.q.ij.q̄ꝫ pio.q̄ꝛ aliud eſt vendere donū dei vel aliud ſpūale. Aliud eſt propter temporalia inducere ad ſpūalia.q̄ꝛ primū illicitum. de ſimo. per totū:ſed nō ſecundū vt in iuribus preallegatis. Vñ Silueſter dona promiſit conuertētibus.vt no.in.d.c.q̄ꝫ pio.⁊ caplm q̄ꝫ pio loqt̄ de dono religionis ꝙ pecunia minime debet vendi.de quo vide ſimonia.iij.§.vi.

¶ Vtrū bona vſurariorꝫ iudeorꝫ poſſint ab aliquo vel dono vel exactione vel rōne pene vel quocūqꝫ alio ti.lucratiuo vel oneroſo accepta ri.R.ꝙ ſic.dūmō nihil contra iuſticiā fiat:ſed retineri an poſſint diſtigue.q̄ꝛ ſi ſunt nō ſoluēdo reſtituenda ſunt non ipſis:ſed quibus dūt ipſi.Si vo ſunt ſoluendo:dic vt.j. Reſtitutio primo.in ver.vſurarios.§.xvij.

Iudex quis pōt eſſe.R.ꝙ qlibꝫ qui non ꝓhibet̄.ar.c.cū apud de ſpon.⁊.l.mutuſ.ff.de procura:

¶ Sed qui ſunt qui ꝓhibent̄.R.ꝙ ſurdus:mutus:⁊ ꝑpetuo furioſus:impubes femine:ſeruꝰ excōicatus. Item conſanguinei rei ⁊ inimici actoris:vel alia cā ſuſpecti. Item imperiti:ſeu illitterati:de quibus omitto breuitatis cauſa.

¶ Vtrum iudex vel prelatus malus peccet iudicando ſubditos.R.ſm Alex.in.iij.ꝙ ſic mortaliter. De quo dic vt.ſ. Correctio.i.§.iiij.

¶ Vtrū iudex poſſit iudicare ſine actore.R.ꝙ ordinarie ꝓcedendo ꝙ nō. Facit.c. ſi legitimꝰ de accu. extraordinarie āt ſic. vt in inquiſitiōe ⁊ denunciatōe.vt.ſ.inquiſitio ⁊ denunciatio.

¶ Vtrum iudex poſſit compellere partes ad faciendū compoſitionē.R.ꝙ ſi cā eſt ciuilis ꝙ ñ nec etiā princeps ex poteſtate ordinaria.l.i.ff. de noui ope.nun.tñ ſi lis eſt longa ⁊ intricata multū: ita ꝙ de facili non poteſt decidi: iudex poteſt compellere partes ad concordiā.tex.videtur iudicio meo in.c.placuit.xc.di.dicit etiā Pa.in Rubrica de treuga ⁊ pa. ꝙ ad pacem bene poteſt.⁊ debet reducere partes:⁊ etiaꝫ cōpellere tam iudex ſecularis q̄ꝫ eccleſiaſticus reſpectu ſubditorum ſuorum.xc.di.ſi quis contriſtatus.c.placuit.tenet etiam Bar.in.l.congruit.ff.de officio preſidis.

¶ Vtrū iudex poſſit compellere ne potētiores viri contumelijs afficiant viliores.R.ꝙ ſic.⁊ tenetur.l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de officio preſidis. 5

¶ Vtrū iudex teneat̄ ⁊ poſſit cōpellere aduerſariū ad preſtañ.cautionem de non offendēdo nec actorem:nec ſuos:qñ talis veriſimiliter timens implorat eius officium.R.ꝙ ſic.vt in.d. §.ne potentiores.⁊ ibi per Bar.⁊ bonus tex.i l.denunciamus.C.de his qui ad eccle.confu.⁊ ibi per Cy. Facit tex.in.c.de benedicto.xxxij.q. i.⁊ in.c.lr̄as in fi.de reſti.ſpo. 6

¶ Vtrū iudex teneat̄ ex neceſſitate officij purgare ꝓuinciam malis hoībus.R.ꝙ ſic.tex.eſt in.l.iij.⁊.l.congruit.ff.de officio preſi. propter quod dicit Bal.in.l.gallus.ff.de libe.⁊ poſtu.⁊ Raph.⁊ Jmola.ꝙ licet ſtatutū ciuitatꝭ dicat ꝙ pōt punire.ꝙ li verbū poteſt importat neceſſitatē.d.l.gallus in prin. Et ideo ſi non facit tenet̄ de negligētia. Facit qđ no.Bal.⁊ Ange. in.l.mancipia.C.de ſeruis fugi. debet ergo iudex delicta inqrere aliter tenebit̄ in ſindicatu. ⁊ hoc verū in iudice qui habet meruꝫ imperiū l.imperium in prin.⁊ qđ ibi no.Bar.⁊ in.l.iubere cauere.ff.de iur.om.iu.⁊ in.l.i.ff.de officio eius cui man.eſt iu. 7

¶ Vtrum iudex poſſit aliquid petere ꝓ labore i iudicando.R.ꝙ de iure canonico iudex ordinarꝰ vel delegatus eccleſiaſticus nihil pōt petere,vt in.c.cū ab oī.de vi.⁊ ho.cle.⁊.c.ſtatutū de reſcri.li.vi.⁊ licet loquatur đ delegato tñ idem tenet̄ in.d.c.cū ab oi ꝑ Pa.⁊ Jo.an.⁊ ceteros.de ordinario.eſt etiam glo.in.c.non licet xi.q.iij. De iure vo ciuili ordinarius ſecularis petit ſportulas ſolum:,nec aliud poteſt petere iij.q.iij.offerat̄ que ſportule ſunt munera a.l. non diffinita vt in aut.generaliter.C.de epi.⁊ cle. Delegatus vo etiam a principe nō hꝫ niſi duos aureos in principio ⁊ duos in fine qñ cā excedit centū aureos:ꝙ ſi nō excedit nihil habebit.in aut.de iudi.§.ne antē labor.nō glo.in d.c.cum ab oī. Excipiuntur eſculenta ⁊ poculēta.i.comeſtibilia ⁊ potabilia ſi ſunt talis qualitatis ꝙ in paucis diebus poſſint conſūmi ſm Archi.⁊ glo.in.d.c.ſtatutū.⁊ ſint ex mera liberalitate oblata.q̄ꝛ ſic poſſunt ab oībus recipi. 8

Alia aũt oia ẽt ſi ſit vnus denarius prohibenꝛ
oẽs iudices accipe. vt. ff. de of. preſi. l. plebiſcito
ꝛ. l. ſolent. ff. de of. procon. §. fi. no. gl. in. l. iij. C.
de condi. ob tur. cãm. facit. l. i. C. de pe. iu. q ma.
iudi. ẽt ſi recipiant vt expediant cãm. ꝛ ſi reci-
piũt alia preter predicta eſculenta ꝛ poculenta
tenenꝛ reſtituere de neceſſitate. ar. d. c. ſtatutuꝫ
ꝛ. c. exigit de cẽſi. li. vi. imo ſi ſit iudex delegatꝰ
eccl'iaſticꝰ q talia recipit nõ põt liberari ex re-
miſſione ſibi facta a dante talia niſi reſtituat. ꝛ
ſi reſtitueret ĩ fraudẽ vt poſtea ille ſibi donarꝫ
nõ valeret ſm glo. i. d. c. ſtatutũ. Secꝰ ãt ſi ſine
fraude reſtitueret: ꝛ ille poſtea liberaliꝛ iteꝝ do
naret ſm gl. p̃dictã. ſꝫ ego verã credo. ſi pꝰ iu-
diciũ finitũ ſine fraude dat liberaliꝛ. aliter nõ
9 ¶ Utrum officiales inferiores ꝛ nũcij ꝛ hmõi
poſſint aliqd exigere a litigantibuſ ꝛ hmõi. R.
ſm Alex. de ales in. iij. pte ſũ. ꝙ ſic. ſm ↄſuetu-
dinẽ terre: ſed p vim vel ĩmoderatã iprobita-
tẽ recipe non poſſũt. ꝛ hoc qñ nõ hñt redditus
deputatos. Ho. tñ in ſũ. tenet ꝙ ẽt ſi hñt red-
ditus deputatos pñt aliqd paruũ recipere. dũ-
mõ nõ p vim vel improbitatẽ ĩmoderatã. Aſ-
ſeſſor vo nõ põt ſi habet ſalariũ deputatũ. aliꝛ
tenenꝛ reſtituere. ar. c. cum ab omni.
10 ¶ Sed quid ſi iudex ſecularis habet ꝓficiſci ex
domiciliũ. R. ꝙ ſiue ſit iudex ordinarius ſecu-
laris: ſiue eius delegatꝰ poteſt petere expenſas
d. c. ſtatutũ. ſicut ꝛ teſtis cũ proficiſciꝛ extra do
miciliũ. iiij. q. iij. §. venturuſ. qꝛ nemo cogitur
militare ſuis ſumptibus: ea tñ moderatiõe: ne
partes enorme dãnũ patianꝛ. ar. x. q. iij. illud ꝛ
ſi pauperes litigantes ſint tũc dꝫ abſtinere ẽt
a ſumptibus iudex delegatuſ. vt in. d. c. ſtatutũ
ꝛ ordinarius etiam ſecularis nõ debet habere
ſportulas in auꝛ. de man. prin. §. ſi tibi quoqꝫ.
11 ¶ Sed nunqd delegatus ordinarij eccleſiaſtici
ſic habebit expenſas cũ proficiſciꝛ extra domi
ciliũ ſicut delegatus principis vel ordinarij ſe
cularis. R. ꝙ ſic. tam pro victualibus qꝫ ꝓ ve-
cturis equorũ ꝛ ſimiliũ niſi eſſet delegatus ad
vniuerſitatem cauſarum: vel ad vnam ſet ma
licioſe: quia tunc ordinarius habet prouidere
de ſuo. ar. c. inter cetera de offi. or. ꝛ glo. in. d. c.
ſtatutum. ſed glo. in. d. c. cum ab oi tenet indi-
ſtincte ꝙ nõ poteſt delegatus ordinarij. ſed or
dinarius debet ſibi facere expenſaſ. ſed opinio
prima videtur magis equa.
12 ¶ Utrã ordinarius eccleſiaſticus ſilr poſſit pe
tere expenſas qñ proficiſciꝛ ex domũ. R. ꝙ nõ
niſi cũ ꝓficiſciꝛ ꝓ cõſecratione eccleſie. vt in. c.

cum ſit romana de ſimo. Et cum viſitat ꝓuin
ciam ſuã. de cenſi. c. cũ apl'ſ. ꝛ. c. exigit. co. li. vi.
¶ Utrũ iudex ordinarius aut delegatus q reci 13
pere pñt expẽſas teneanꝛ cõputare illas quas
domi feciſſent. R. glo. tꝫ ꝙ ſic. in. d. c. cuꝫ ab oi.
ſed Pa. in. d. c. cum ab oi. tenet ꝙ nõ: ꝛ magis
eſt benigna: qꝫuis prima ſit tutior:
¶ Quid ſi delegatꝰ eccleſiaſticꝰ nõ hꝫ redditꝰ 14
vel bñficiũ eccleſiaſticũ ſufficiẽs vñ viuat. R.
Pa. i. d. c. cũ ab oi. ꝙ poterit petere id qd põt
petere iudex delegatus principis ſecularis vt
dixi. ſ. p ar. a ↄrio ſenſu: ſed magis mihi placet
ↄria opinio q nõ poſſit: niſi forte pp talẽ cãm
occupareꝛ ab aliq̃ honeſto exercitio de quo vi-
uit. qꝛ tunc tenerẽ opinionẽ Pa. veram.
¶ Utrũ cõſuetudo excuſet ſeu valeat q̃ dantur 15
ſportule ordinario ꝛ delegato eccleſiaſtico. R.
do. Car. in cle. ſtatutũ de elec. diſtinguit ꝙ aut
preceſſit exactio. ꝛ ſic nõ valet nec excuſat talis
cõſuetudo. aut ↄſuetudo nõ hũit ortũ ab exa-
ctione. ꝛ ſic poſſunt partes cõpelli ad obſeruã
dũ laudabilẽ cõſuetudinẽ. c. ad apl'icã. d ſimo.
Sed hec diſtinctio q̊ ad primũ eſt vera. qꝛ qñ
preceſſet exactio eſt ↄ honeſtatẽ ꝛ mentẽ iſtius
c. cũ ab oi. ꝛ facit. c. ex multis. i. q. iij. ſed quoad
ſcðm nõ credo verã. qꝛ ſi nõ p̃ceſſit exactio ſic
cũ ſit ex mera liberalitate donatũ ñ inducit cõ
ſuetudo: ſꝫ q̃libꝫ donatio hũit effectũ ſuũ iuxta
ea q̃ no. in glo. ꝛ Bar. in. l. cũ de in rem verſo.
ff. de vſuris. facit. l. ſi certis annis. C. de pac. nec
valet. d. c. ad apl'icã. qꝛ loquiꝛ qñ aliqd fuit da-
tũ in piam cãm. qꝛ tũc videnꝛ voluiſſe laici in-
ducere conſuetudinem. ꝛ ideo dico cũ gl. in. d.
cle. ſtatutũ de elec. ꝛ Jo. an. Pa. ꝛ cõiter doc.
in. d. c. cũ ab oi. ꝙ non valet talis conſuetudo
ꝛ lꝫ Car. dicat vbi. ſ. ꝙ non peccat mortaliter
recipiendo. dũmodo nõ ĩmoderate qñ eſt con-
ſuetudo. qꝛ habet pro ſe doctores famoſos pro
hoc iuxta nõ. ff. de re. iudi. l. comprobatis. ꝛ de
poſtu. c. vnico. li. vi. hoc nõ credo verũ: niſi in
eo qui neſcit diſcernere: que ſit verior opinio
ꝛ quis habeat validiores rõnes. nec etiã credo
iſtum excuſari a reſtitutione fienda.
¶ Utrũ iudex ordinarius vel delegatus eccle- 16
ſiaſticus poſſit a partibꝰ petere ſalariũ ꝓ aſſeſ-
ſore. R. ſm cõiter doc. in. d. c. cũ ab oi: ꝙ nõ or-
dinarius: qꝛ dꝫ ſcire canones de quibꝰ verſaꝛ
corã ſe. Et ideo ſi neſcit ꝛ indiget aſſeſſore ꝓui
deat de ſuo. Delegatuſ tñ licite petit: dũmodo
fraudulenter non faciat. vtputa qꝛ dicit ſe indi
gere: cũ non indigeat. d. c. ſtatutum. §. aſſeſſore.

vel participare vult i lucro cū aſſeſſore:q: ſic cū faciat fraudē legi peccaret mortal'r : ⁊ teneref ad reſtitutionē partib⁹.

17 ¶ Utrum ſalariū poſſit petere ꝓ notario. R. delegatus pōt:dūmodo non participet ipē cū eo.vt in.d.c.ſtatutū.ſed de ordinario dubitaf q: videf q: de ſuo debeat ꝓuidere ſuis officiali bus:ſed ego credo q: poſſit petere.

18 ¶ Utrum datuꝫ iudici niſi i caſu ꝓmiſſo poſ ſit repeti.R.q: ſi dedit vt corrūperet iudiceꝫ ſic nō poteſt repetere.⁊ ſm glo.in.c.qui recte iudi cat.xi.q.iij.côiter ſic preſumif.iō multi tenent q: non repetif:ſed ſi dedit vt iuſtam daret ſen tētiam:quam al's nolebat dare:vel vt non da ret iniuſtam:⁊ ſic non liberatur iudex dando pauperibus:q: repetere poteſt in ɔſcia:vbi nō ſtamus preſumptioni ſed veritati.i.q.i.iube mus.de ſimo.nemo.xi.q.iij.non licet.Si auteꝫ dedit ſimpliciter:vt iudicet amittit principalē cām.vt.ff.de condi.ob cām.l.ij.§.fi.⁊ ſic nō re petet:ſicut quando dat vt pro ſe iudicaret. fac glo.in.d.c.qui recte.quod limito veruꝫ:niſi qñ aliter nollet iudicare:niſi daret q: poſſet repe tere ⁊ ſibi teneref reſtituere.

19 ¶ Utrū cōmittaf ſimonia dando pecuniaꝫ ꝓ ſnia.R.glo.i.q.iij.vendentes.q: non:q: in pro phanis non cōmittitur ſimonia:lꝫ grauif pec cet:niſi in caſu quando iudex aliter nō vult da re iuſtam ſniam:q: tunc nec peccat cū redimat vexationē ſuā:ſed poteſt dici ſecūdum Jo.an.in d.c.cū ab oi.q: ſi do pecuniam vt habeam ſen tentiam pro me:qua volo conſequi ſpūale: vel annexum ſibi q: tunc ſit ſimonia. Sed ego nō admitto hoc in caſu predicto.ſ.cum iudex non vult ſine pecunia iuſtam dare ſniam:q: cū redi mam vexationem meam non credo q: ſit ſimo nia:ſi modo habeo iam ius in tali re.ſecus ſi p ſentētiam de nouo acquirereꝫ:quia ſic eſſet ve ra opinio Jo.an.

20 ¶ Utrum ſnia lata intercedente pecunia ſit nulla ipſo iure.R.glo.in.d.c.cum ab omni.⁊ ſe quitur Jo.an.q: ſic.i.q.vi.§.venales.C.quādo ꝓ uo.nō ē ne.l.venales.i tex.⁊ in glo.ſnia tamen arbitri tenet.lꝫ agens ex ea repellatur exceptio ne doli.C.de arbi.l.iij.⁊ in glo.predicta.ſecuſ ſi p gr̄am daf:q: tūc nō ē nulla ipſo iure:ſed daf reſtitutio:vt in.d.glo.

21 ¶ Utrū iudex teneaf ad reſtitutionem parti: ſi eius negligentia aliquod damnum incurrit R.glo.in.c.quoniam contra.de proba.in vbo negligentiam q: ſic.⁊ eam ſequunf doc.Pan. autem.in.d.c.quoniam ꝫ.ait q: in foro aīe eſt vera opio ſi fuit in dolo:vel lata culpa.al's non ſed de hoc dico latius.ſ̄.culpa.§.v.⁊. vi.

¶ Sed quādo dicitur cōmittere negligentiā. 22 R.Ho.q: tunc quādo negligit terminare cāꝫ vel habere tabellioneꝫ:vel aduertere quid ſcri batur:vel non ꝓuidet de aduocato vt tenetur vt.ſ̄.dictum ē aduocatus.vel non curauit re uoluere libros ⁊ huiuſmodi que ſuo officio in cumbunt: multomagis tenetur ſi ex dolo dat damnum.vnde ſi iniquā ſniam dedit : vel ali quid aliud fecit contra conſciētiam ⁊ cōtra iu ſticiam in grauamen alterius partis vltra re ſtitutionem ad intereſſe tenetur.vt.C.de pena iudi.qui ma.iudi.l.nouo iure.xi.q.iij.quattuor xxij.q.ij.dñs deus.⁊.q.v.adminiſtratores:ſi ē eccleſiaſticus iudex ordinarius vel delegatus: ſi cōtra cōſciam ⁊ cōtra iuſticiam hoc fecit ipo facto eſt ſuſpenſus per annum ab executione officij.vt in.c.cum eterni.de re iudi.lib.vi. Si vero damnificauit partem per imprudentiam ſic tenetur ſil'r ad reſti.in culpa enim fuit cū ſe inſufficientem ſciuit vel ſcire debuit:⁊ tñ cām iudicare preſumpſit.⁊ hoc veruꝫ in ordinario delegatus autem qui neceſſitate obediētie iu dicat:⁊ bonafide:⁊ de cōſilio peritorum lꝫ in iuſte iudicet nō tenetur ad reſtitutionem : nec peccat:ſed eius aſſeſſor tenebitur.l.ij.ff.q: ſiqꝫ iur.ſi modo cū elegit qui habebatur ꝓ docto ⁊ bone opinionis:⁊ ita credidit eū doctum ad hoc.al's nō excuſaref ſi vellet ꝓcedere ſm ca put ſuum:vel imperituꝫ vel malū ſciēter elige ret aſſeſſorem ſm Rodo.

¶ Utrū iudex incidat in penam ſtatuti ipo 23 nentis penam non terminanti ſniaꝫ infra cer tum diē ſi nō terminat.R.Jo.an.in.c.licet. de ꝓ ba.q: ſic.ſi fuit requiſitus:q: non teneſ impen dere officium ſuum ad vtilitatem priuatam niſi requiraf.vt.l.iiij.§.hoc aūt.ff.de damno i fec.⁊ ibi Barto.

¶ Utrū iudex ſecularis teneaf preſtare bra 24 chium ſuum iudici eccleſiaſtico.R.q: ſi ei⁹ ſub ditus reſiſtit ſibi de iure.vtputa precepit ei ali quid appellauit ad ſuperioreꝫ:epiſcopus dicit q: nō poteſt ⁊ petit brachium ſeculare contra eū:tunc dico q: nō tenetur. Jta no.Jo.an.in.c.i. de offi.or.ſecus ſi reſiſtit ei de facto.vt ibi not. Jdem dic in exēpto q allegat exēptionem quā eps non admittit appellat:non tenetur iudex ſecularis epm iuuare.

¶ Utrū iudex poſt latam ſniam diffinitiuam 25

poſſit cā interpretari ſeu declarare. R. ꝙ nō inferiores: nec arbiter. maiores aūt bene poſſunt declarare: ſed nō mutare aut corrigere. vide in c. i. de poſtulādo in glo. ⁊ qđ ibi no. ⁊ Pa. ibidē: interlocutoriā vero ſentētiā pōt corrigere ⁊ reuocare de accuſa. c. q̄liter ⁊ qñ. el. i.

26 ¶ Utrum iudex poſſit penā minuere vel augere. vide. j. pena. §. xviij.

27 ¶ Utrum nō ꝯdēnās partem aduerſam i expeñ. teneaꝰ ipſe de ſuo reſtituere alteri parti. R. ꝙ ſic. l. ſancimus. C. de iudi. quod limitat glo. in. c. fi. de reſcrip. verum ſi fuit petitum. alś non.

# Iudicare

Utrū liceat ex ſuſpitione. vide. j. ꝑſumptio.

1 ¶ Quid eſt iudicare ſimpl'r ⁊ pure. R. nō ē remouere ordinē iuris ſed tantū ſubtilitatem ꝑniciosſam: q2 predicta verba ipoztāt ex ſuo proprio ſignificato idē ꝙ ſine malicia ⁊ ſine plica ⁊ inuolutiōe. Ad h' glo. in cle. ſepe. de ver. ſig. in verbo ſimpl'r. ⁊ ordo iudiciarius nō eſt inuētus ad inuoluendum: vt in. c. dilecti filij. de iudi. ⁊ iō nō remouebiꝰ ſm Pa. in. d. c. dilecti.

2 ¶ Quid ſi dicatur procedas ſine ſolēnitate iuris. R. Pa. in. d. c. dilecti. ꝙ cēſetur ſublata ſolēnitas iuris ciuilis ⁊ canonici: ſed non diuini ⁊ iuriſgentiū. ⁊ ideo duo teſteſ ſufficerent. licet forte plures requirerenꝰ. ſil'r etiam ſi ſunt iſfames: q2 infamia eſt de iure poſitiuo. i. c. ꝑ tuas de ſimo. non tñ recipiunꝰ non citata parte: q2 citatio ē ſpecies defenſionis: que eſt de iure gētiū: nec pōt tolli. cle. paſtoralis. de re iudi.

3 ¶ Quid ſi dicaꝰ iudices ꝑut volueris. R. Pa. vbi. ſ. ꝙ intelligitur ſolum dolus excluſus. ar. i. l. creditor. §. lucius. ff. man. ⁊ ideo non poteſt tollere ius alterius ſine cā: ſicut nec cōmittens q2 nemo plus iuris in aliū trāſfert q̄ʒ ipſe habeat de dote poſt diuor. reſti. c. nuper. ⁊ ꝓpterea dicit Bar. in extrauagāti ad reprimenduʒ: ꝙ ille cui cōmittitur vt faciat ꝙ vult: vel ſicut libuerit. licet non teneaꝰ ſequi regulas iuris ciuilis: remanet tñ ligatus regulis iuris naturalis gentium: ſeu naturalis equitatis: quod idē eſt. vt in cle. paſtoralis. de re iudi. vbi impator inualide egit: q2 exceſſit regulas iuriſ naturalis.

4 ¶ Quid ſi dicaꝰ iudices ſm veritatem: ⁊ equitatem. R. Panor. in. c. litteras. de iura. calū. ꝙ debent ſeruari ſolēnitates etiā rigoroſe iuris poſitiui. d. An. dicit ꝙ rigoroſas nō teneꝰ ſeruare. ⁊ placet mihi.

¶ Quid ſi dicaꝰ iudices prout tibi videbitur. 5
R. Panor. in. c. i. de iudi. ꝙ debet iudicare iudicio intellectus cui cōgruit hoc verbum videbitur. ita no. Bar. in. l. quid tamen. §. ſi arbiter ff. de arbitris. Et idem cum dicitur relinquo vel committo arbitrio tuo vel prudētie tue, vel iudicio tuo: tūc denotant arbitrium boni viri rōne regulati: ſicut cum dicitur: vt viſum tibi fuerit. vel tibi videbitur. Ita no. Panor. in. c. i. de ſeque. poſ. ſimiliter hec verba: ſi extimaueris: ſi arbitratus fueris: ſi tibi placuerit. vt probatur in. l. fideicōmiſſa. §. q̄ʒq̄ʒ. ff. de le. iij. ⁊ in l. thais. §. ſororeʒ. ff. de fideicommiſ. liber. vbi tex. no. vide tex. cum glo. in. c. ij. de cor. vitia. ⁊ pꝰ Bar. in dcā extuaganti ad reprimendum. ⁊ Pa. in. c. i. de cōſtitu. Et ideo tenetur ſeq oēs regulas iuris ciuilis ſm Bar. in extrauagante. allegat. l. i. ff. de arbi. Et propterea aduerte ꝙ omnia verba exceptis iſtis. volo: libet: arbitrium plenum vel liberū. vt ibidē no. Bar. importāt arbitrium boni viri.

¶ Quid ſi dicat ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij 6
ſimpliciter ⁊ de plano. R. cle. ſepe. de ver. ſig. ⁊ ibi videas quomodo poteſt omittere oia que nō ſunt de iure gentium vel naturali.

¶ Utrum iudicandum ſit ſm allegata ⁊ pro- 7
bata. an ſecūdum ꝙ iudex cognoſcit veritateʒ R. ꝙ diuerſoꝝ fuit diuerſa opio. Jo. ⁊ Archi. iij. q. vij. iudicet. Ber. ⁊ Hoſtien. de offi. or. c. i. Innocē. de cenſi. c. venerabiliſ. Hoſtien. de poſtu. prela. c. bone. el. i. tenent ꝙ ſi agaꝰ in forma iudicij ſic iudicabit ſm allegata ⁊ probata potius q̄ʒ ſm veritatem. ff. de offi. preſidis. l. illicitas. §. i. d. c. iudicet. xi. q. iij. ſummopere. vi. q. ij ſi tantū. ⁊. c. placuit. quia aliud facit vt iudex aliud vt homo: vt in. d. c. ij. de offi. ord. xxiij. q. iiij. ſi eccleſia. Et ideo iudicabit ſm conſcientiam quam habet vt iudex. non quaʒ habet vt homo: in dicto. c. ij. ⁊ de offi. delega. paſtoraliſ. §. quia vero. facit. c. ſi omnia iudicanda. vi. q. i. Hoſtien. tamen ⁊ Archi. dicūt ꝙ ſi imminet periculum anime vel leditur publica vtilitas: quod tunc de iure ⁊ de facto ſupplere poteſt: ⁊ debet pro periculo anime quod poſſit. facit de elec. cum vobis. §. his igitur. de excep. exceptionem pro vtilitate publica. arg. C. de procu. l. litem. ff. de poſtu. l. quos prohibet. Hugo tenet ꝙ nullo modo debet iudicare contra veritatē ſed debet delegare cauſam. ff. de iur. om. iudi. l. pretor. Rodo. dicit ꝙ ſi innocentem condemnet ad mortem vel mutilationē membrorum:

etiam ad primam tonſuram. vt in.c.monaſte
rijs.xix.q.iij.
¶ Utrum ſit excōicatus q nouiciū pcutit vio 21
lenter. R̄. ꝙ ſic. de ſen.exc.li.vi.c.religioſo. Sȝ
aduerte hic ꝙ accipiṫ large ēt pro eo qui ē in
fra annos pubertatis indutus habitum reli
giōis in monaſterio:poſſent tñ pr̄ ac tutores
impuberē reuocare ſi ſine eo⁊ conſenſu intra
uit.xx.q.ij.c.ij.
¶ Utrū beneficiū īgredientis religionē vacet 22
R̄. ꝙ non. Nec infra annū ꝓbationis eius pōt
alteri conferri:niſi de eius ɔ̄ſenſu:vel niſi con
ſtet ꝙ habeat animū abſolute mutandi vitā:
Sed per alium deſeruiet aſſignata ſibi eiuſdē
bñficij portione cōgrua. vt no.in.c. beneficiū.
de regula.li.vi. Et ſm Jo.an.ibidem. Reliqui
fructus beneficij ɔ̄ſeruabūtur:vel in vtilitatē
eccleſie expendenṫ.c.q̄ꝛ ſepe.de elec. li. vi. Nec
interiȝ ipſe nouicius eos habebit:q̄ꝛuis Ber.
brix.tenuerit ꝙ imo ſui erūt:⁊ predicta ꝓuiſio
mandabitur executioni per ep̄m.c.cū ex eo. de
electio.lib.vi.
¶ Sed nūqd poterit beneficiū nouicio ɔ̄ferri 23
R̄. ꝙ nō. Ad ep̄atū tamen eligi poteſt de elect.
c.nullus.li.vi.
¶ Utrū canonicus in nouiciatu debeat voca 24
ri ad electionem ep̄i. R̄. Jo.an.in.d.c. benefici
um.ꝙ non. Sed ſecus eſſet de patrono: vel eo

ad quem nō iure collegij ſed iure ſingulari electio pertinet q̄r dʒ vocari.

**NUptie** quid ſint habes.ē. matrimoniū.i.q̄r idē ſunt.

1 ¶ Quo tp̄e ſunt celebrāde.hēs.ē. matrimoniū.iij.ip̄edimēto.i.

2 ¶ Vtrū ſint benedicēde.℞.ꝙ ſic.ſi nullus ip̄orū alijs nuptijs ꝯctis fuit benedictus.Si vero alter coꝝ in alio matrimonio fuit benedictus non dʒ iterari:q̄r alter ſine altero non debet benedici ſed benedictio dimitti.Tho.Vo in.iiij.di.xlij.tenet ꝙ virgo lʒ cōtrahat cuʒ bigamo debet benedici:q̄r ſaluaꝛ aliquo modo ſignificatio.Hoc credo verum vbi conſuetudo hoc,habet ſm̄ Ber.in.c.vir aūt. de ſecūdis nup.Aliter preſ byter benedicēs bigamos dʒ ad ſedem apoſtolicam mitti ſuſpēſus ab officio ꝛ beneficio.vt in.d.c.vir aūt. Sed verius dic ſm̄ Jo.an.ꝙ iſta pena intelligitur ꝯ ſacerdotes qui benedicūt ſecūdas nuptias viuente altero.Item communiter tenent doc.cū Ho. ibidem ꝙ non eſt ſuſpenſus ipſo iure:ſed ſuſpendendus.

**NUnciatio** noui op̄is ē prohibitio facta illi qui aut edificat:aut edificij formā mutat in alterius preiudicium ꝙ ē edificiū nouū facere.vt.ff.de no.op̄e.nun.l.pe.§.opus nouū. Sed qui antiquū refecit opus nouū. nō facit d.l.i.§.ſi quis edificiū.intellige niſi ex toto eēt deſtructum. vt no.in.c.cōſuluit.de iude. Vnde nihil aliud eſt nūciatio niſi prohibitio noui operis.d.l.i.§.nunciamus.ꝛ co.ti.c.ſignificantibus.

1 ¶ Quibus de cauſis fit denunciatio noui operis.℞.ꝙ tribus. Primo gratia iuris proprij cōſeruandi.Scdo dāni depellēdi.Tertio publici iuris tuendi.d.l.i.§. nunc videmus. ꝛ.§. nunciatio.

2 ¶ Pro q̄bus opibus pōt fieri nūciatio hec. ℞.ꝙ tantum pro illis opib⁹ que ſolo ꝯiuncte ſunt:vel in ſolo fiūt:quoꝝ edificatio vel demolitio videꝛ opus nouū.vt.d.l.i.§.hoc aūt edictū.Et ad futura nō ad preterita fit vt ibideʒ.

3 ¶ Vtrū hec denūciatio ſiue prohibitio ſe extēdat ad eccleſiā aut locū religioſum.℞.ꝙ ſic.cū non ſint in p̄iudiciū alteri⁹ cōſtruēda. vt in.c. i.co.ti.Fallit in caſu q̄n ep̄s ꝑꝑ neceſſitateʒ populi aliā eccleſiā vult edificare:lʒ ſit in p̄iudicium aliarum eccleſiarum.de eccle.edi.c.ad audientiam.

¶ Vtruʒ hec nūciatio ſe extēdat ad purgationē cloacaꝝ ꝛ riuoꝝ.℞.ꝙ nō.q̄r publice vtilitatis ꝛ ſecuritatis eſt riuos ꝛ cloacas curare.ff. eodem.l.de pupillo.§.ſi q̄s riuos. 4

¶ Qualiter fit hec nūciatio.℞.tripl'r.Primo ꝑ pretoris inhibitionē.Secūdo cū ſimplici verbo inhibendo.Tertio ꝑ iactū lapilli ſic dicēdo nūcio tibi opus nouū per iactum lapilli ꝛ ſtatim proijciat lapidem i op̄e ipſo.Et iſtud tertiū ꝛ primuʒ eſt melius:q̄r prima ꝛ ſecūda nūciatio cōſtituit in poſſeſſione:ꝛ certificat poſſeſſorē eū qui vult edificare:ſed ſi pretoreʒ vel iactū lapilli nō.vt.d.l.de pupillo.§.meminiſſe ꝛ.d.l.i.§.in operis.Dicunt tamen aliqui ꝙ dʒ fieri ter iactio lapilli.ar.ff.de re iudi.l.ꝯtumacia.xij.q.ij.idigne.de cōſti.c.ex lr̄is. 5

¶ Cui dʒ fieri hec nūciatio.℞.ꝙ dn̄o vel procuratori:ſeruo:puero:vel fabro:ſeu illi qui fabricat.d.l.de pupillo.§.nūciare.Et dʒ fieri i re preſenti ꝛ ipſo op̄e ꝛ non tantū domino:ſed illis qui ibi ſunt. 6

¶ Quot modis remittitur hec nūciatio.℞.ꝙ q̄ttuor modis. Primo verbis expreſſe. ff.e.ti. l.nō ſolū.§.ſciēdū.Scdo ꝑ tranſactionē. ff.eo. ti.l.i.§.inde queritur.Tertio morte nūciatoris d.l.non ſolū.§.morte.Quarto ſatiſdatione.verū ē ꝙ denūciās hʒ tres menſes ad deliberandum an velit docere de iure ſuo : aut recipere cautionē de demoliendo in quib⁹ denūciatus nō poterit edificare.Sed ſi ifra tres mēſes nō oſtendit de iure ſuo poſt ipſos tres mēſes caueat denūciatus de op̄e demoliēdo ꝛ edificet. C.e.ti.l.vnica.ꝛ in.c.vlti.eo.ti. 7

¶ Quis effectus nūciationis.℞.ꝙ q̄cq̄d edificatuʒ eſt p⁹eā demoliri dʒ expenſis ipſius edificātis.d.l.i.℞.i.ꝛ.l.pretor.§.i. eodem. ꝛ extra eodem per totum. 8

**OBedientia que eſt** hoīs ad deum ſic diffiniꝛ ab Anſelmo Obedientia eſt affectio volūtatis ꝯiūcte deo: ſicut econtrario.Inobediētia eſt affectio volūtatis diabolo inſtrumētaliter copulate:q̄r ſicut hō per inſtrumētū operatur:ſic diabolus per iobedientiā ſep̄at homineʒ a deo. De.iij.ꝛ.xi. q.iij.§.euidenter.Obedientia que eſt hominis ad hominem eſt debita reuerentia minoris ad maiorem:

¶ Vtrū q̄s teneaꝛ obedire in oīb⁹ ſuis maioribus.℞.ꝙ triplex eſt ſuperiotas. Prima eſt i ſpūalib⁹.Secūda eſt in tp̄alib⁹:quo ad regimē i

reipublice. Tertia ẽ in tp̃alibus: quo ad regi me ꝓprie familie. Et iõ ſm Alexã. in. iij. parte ſumme i tertio precepto. obediẽtia limitat ſm gradũ ſuporitatis. Illi. n. qui preeſt ſpũalib⁹ obediendũ eſt in ſpũalibus neceſſarijs ad ſalu tẽ vel ad hoc pertinẽtib⁹: ſicut pape ep̃o ⁊ cete ris prelatis eccleſiaſticis ab his qui ſubijciun tur iuriſditioni eorũ: dominis ⁊ principibus: q; preſunt temporalibus ad rẽpublicam perti nentibus: ſic eis in hoc eſt obediendu; ab eo; ſubditis: ſi mõ poteſtas eo; non ſit vſurpata ſm Ric. in. ij. di. vltima. q; ſi eſt vſurpata non tenẽtur niſi pp ſcandalũ. Et aduerte ꝙ eccleſia ſtici nõ ſunt ſubditi dño; tp̃aliũ: ⁊ iõ nõ põt eis aliquid precipere. de cõſti. c. eccleſia. Patri autem carnali cũ preeſt cure rei familiaris de betur ei obedientia a filijs: in his que ptinent ad diſpõnem rei familiaris. Vnde talibus in prefatis nõ obediẽtes ſciẽter ⁊ ſine rõabili cã ⁊ in re alicuius importantie: aut ex ɔtẽptu pec cant mortaliter: niſi foret illud qd̃ p̃cipit ɔ pre ceptũ dei vel in ſalut᷑ diſpẽdiũ: aut ɔ p̃ceptum ſuperioris ad ipm precipiẽtem. In alijs aũt que ad eo; ſuporitatẽ nõ pertinẽt nõ eſt neceſſa rium obedire. Eliciũtur iſta a. c. ſiqs de ma. ⁊ obe. in glo. ⁊. viij. q. i. ſciendum. xi. q. iij. ſi dñs ⁊ ſimilibus. Dicit tamen Tho. ſa ſe. q. ciiij. ꝙ in his que pertinẽt ad interiorẽ motũ volũta tis non tenetur homo homini obedire: qd̃ li mita verum: niſi opus extriſecum nõ poſſet ꝑ fecte perfici ſine applicatione animi: q; tũc nõ haberet veritatẽ: ſed tenet obedire applicãdo aium ad pficiẽdũ qd̃ precipit.

2 ¶ Vtrũ pape ſit obediendũ in oĩbus. R. Pa: in. c. iquiſitioni. de ſen. exc. ꝙ ſi preceptũ ſapit peccatũ: tunc nõ eſt ei obediendũ: qd̃ intellige etiã de veniali. xi. q. iij. qd ergo. Si vero p̃ce ptum non ſapit peccatũ: tunc ab eccleſiaſticis pſonis eſt ſibi obediendũ. l; videatur durum. xix. di. in memoria: niſi qñ ex obedientia pſu meretur ſtatus eccleſie perturbari vehemẽter vel aliud malum futu; ſeu ſcandalũ. Nã tũc etiam ſi preciperetur ſub pena excõicationis late ſententie nõ eſt ei obediendum. vt no. pa. in. c. ſi quando. ⁊ in. c. cum a deo. de reſcrip. Ex quo infert Pa. i. d. c. ſi quando. ꝙ quãdo man dat aliquid ex cuius executione preſumit ſcan dalum futu; in ciuitate nõ eſt ei obediendum q; hoc fit auctoritate legis. vt in. d. c. ſi quãdo. ⁊ in aut. vt nulli iudicũ. ſed d; reſcribere Pa pe. Limita. ij. ꝙ non tenẽtur obedire ſm Pa. in. c. cum olim. de cle. coniu. quando papa cum maiori parte concilij indiceret continentiam certo generi perſonarum poſt promotionem eis reſiſtentibus: q; continentia perſuaderi po teſt imperari nõ poteſt. xxxij. q. i. Integritas. Et ſic poteſt dici ꝙ nec papa poteſt idicere ci[illegible] vitam ſtrictiorẽ contra eo; velle. lxxiiij. di. ge ſta. ⁊ qd̃ ibi notatur. ⁊ in regula ꝙ omnes tan git de reg. iu. li. vi. Item ſi papa credat manda tum iuſtum ⁊ iuſte facere: ſed tamẽ ſubdito cõ ſtat mandatum in ſe continere peccatum nõ ẽ exequendum. vt in. c. litteras. de reſti. ſpo. A ſe cularibus autem eſt obediendum pape, in ſpi ritualibus ⁊ eccleſiaſticis que pertinent ad ſa lutem ⁊ bonorum morum ⁊ neceſſariorum cõ ſeruationem. In temporalibus vero non tenẽ tur ei obedire: niſi ſint ei ſubiecti vel ratõe cau ſe vel ratione perſone. Vnde ſi preciperet ſecu lari nulla rõne ſibi ſubdito: ꝙ det ſibi bõa ſua non tenetur obedire. Idem dic de epiſcopis ⁊ alijs prelatis ſpũalibus quo ad temporalia. Et ſimiliter de prelatis ſecularib⁹: quo ad ſpi ritualia. ⁊ hoc ſequitur Inno. in. d. c. iqſitioni.

¶ Vtrum ſubditi ſeculares tenẽatur obedire 3
dñis ſuis volẽtib⁹ eos ſubijcere alterius dñio R. ꝙ nõ. q; nõ põt hoc facere ſine eo; volũta te. c. dilecti. de ma. ⁊ obe. ⁊. c. fi. eodem.

¶ Vtrũ in omni obedientia ſint intelligende 4
alique conditiones. R. glo. in. c. ij. de voto. ꝙ ſic ſ. ſi poſſibilitas adeſt. facit. c. querelam. ⁊. c. bre ui. de iureiuran. ⁊. l. paulus. ff. que ſententie ſi ne appe. re. Item admittit omnem rationabi lem cauſam. vt no. Panor. in. c. magne. de vo to. facit. c. ſi quando. de reſcriptio. ⁊. c. ex parte. de officio delega. ⁊ quod no. Archi. in. c. vti nam. lxxvi. di.

¶ Vtr; ɔ obediẽtiã currat p̃ſcriptõ. R. ꝙ ñ. q; 5
ſp eſt i mala fide. l. i. C. de ſeruis fugit. ⁊. c. fi. de regula. ⁊ in glo. c. ſicut nobis. de regula.

¶ Vtr; ſubditus dubitãs ne id qd̃ precipit ſit 6
ɔ deũ vel nõ. teneat obedire. R. ꝙ ſic. imo excu ſatur. vt in. c. qd culpat. xxiij. q. i. niſi ſit de his i quib⁹ ignorãtia nõ excuſat: c. ad aures. de tẽp. ordi. imo bonũ ſine quo põt eſſe ſalus d; dimit ti pp obediẽtiã. xi. q. iij. quid ergo. d; tñ ſubdi tus q̃tũ põt in tali dubio inquirere.

¶ Vtrũ ſacerdos teneat denunciare excõica 7
tũ quẽ ſcit inocente; ad p̃ceptũ epi. R. ſ; Tho. in quolibet: ꝙ ſi ſolũ mandet denũciationẽ obe diat. Si vo mãdet excõicationẽ dic ꝙ ſi ꝓba re nõ poteſt eius inocentiã ꝙ debet obedire.

Sed ego dico φ nullo modo dʒ obedire:qꝛ hʒ
excuſationē parataʒ:dicendo φ aut cōmittat
cauſe cognitionē:aut ipſe excōicet ſi non vult
cōmittere:ꝛ ipe denūciabit:alr̄ nō dʒ ꝯ ꝯſciaʒ
obedire. vide.ſ̄.Judicare.§.vij.

8 ¶ Utrꝫ obediētia i his q̄ quis p ſe vult ſit me
ritoria.R̄.φ ſic.ſi fiunt principalr̄:pp obediē
tiā:ſecꝰ ſi fiūt principalr̄:qꝛ placēt.ita no.viij.
q.i.ſciēdum.ꝛ illud Bre.ſm hāc diſtictioneʒ
eſt intelligendū.

9 ¶ Utrū clericus teneat̃ obedire ep̄o precipien
ti ſibi φ det libros ſuos alteri:vel φ reſignet
beneficiū.R̄.ſm Ray.φ nō.qꝛ nō pertinet ad
ep̄ʒ hoc precipe.vij.q.i.qꝛ frater.qd̄ itelligo qñ
ſine cā hoc pcipit.Sed cū cā precipiendo ſic
teneť.puta qꝛ clericus eſt ineptus ꝛ vult dare
idoneo pp bonū eccleſie.ar.c.cum apl's.§.pro
hibemus.de cenſi.xvi.q.i.predicator.ꝛ de ma
giſtris. c.ſup ſpecula.dūmodo libri ꝛ tales res
ſint de bonis eccleſiaſticis nō ꝓprijs:qꝛ ſic nō
tenereť.c.requiſiſti.de teſta.de iurepatro.c.cū
dilectus.

10 ¶ Utrū monachus religioſus nō exēptus ma
gis teneat̃ obedire ep̄o q̄ʒ ſuo p̄lato.R̄.φ non
lviij.di.c.i.ꝛ.ij.ꝛ.xij.q.i.nō dicat̃.De obedien
tia religioſoꝝ.vide religioſus.de hac materia
vide.ſ̄.inobedientia.

# Oblatio

Oblatio vt dicatur:ꝛ ſic tria req
rūtur. Primū ex par
te offerent̃.ſ.vt ſit xp̄ianus.qꝛ ab ifide
libus eccleſia nō recipit oblationē:ſed extima
tionē oblationū ꝓ intereſſe.vt in.c.quanto.de
vſu.Secūdū ex pte eius cui offertur:vt ſit ec
cleſia:qꝛ qd̄ fit priuate perſone:non oblatio:ſʒ
donatio ē.Tertiū ex pte rei dōate.vt.ſ.ſit lici
te acquiſita:qꝛ illicite acquiſita nō recipiunt̃ ꝓ
oblatione.c.qꝛ in oibus.de vſu.c.ex trāſmiſſa.
de deci.ꝛ glo.in ſumma.xiiij.q.v.hec Pa. in
c.cauſa.de verb.ſig.

1 ¶ Utrū oblatiōes ſint de precepto.R̄. φ obla
tio accipiť largo mō pro oi qd̄ offerť eccleſie:ſi
ue in vita:ſiue in morte. Facit.c.in nr̄a. de ſe
pul.ſiue ſint mobilia ſiue imobilia.xij.q.i.vidē
tes.ꝛ hec non ſunt de precepto:niſi qñ a defun
ctis ſunt legate.xiij.q.ij.qui oblatiōes.nā tūc
peccāt mortalr̄ non ſoluētes.Aut qñ quis ſe
obligauit quoquo modo. Accipiť ſcd̄o obla
tio ꝓprie ꝛ ſtricte ſm cōem vſum loquēdi:ꝛ ē
oblatio que fit ſacerdoti in miſſa:ꝛ hec eſt de
precepto i precipuis feſtis ſm Ho.allat.c.ois
xp̄ianꝰ.de conſe.di.i. Pa. vero in.d.c.cā. dicit.
Hoc verꝫ vbi ſacerdos idigeret.al's aūt dicit
reliquēdū ꝯſuetudini:qꝛ nō repitur iure cautū
φ talibus diebꝰ ex neceſſitate fiant tales obla
tōes.Archi. vero i.d.c.ois xp̄ianꝰ.ꝛ gl.ꝛ Lau.
ꝛ Hugo ꝛ Ray.tenēt φ nō ſunt de precepto.
ꝛ ſm Hugo.illud qd̄ dr̄.nō appebis in ꝯſpe
ctu meo vacuus:fuit cerimoniale ꝛ iura que vi
dent̃ inuere φ ſint de precepto intelligi debēt
de alijs oblatiōibus legatis eccleſijs vel ex vo
to debitis.Ego aūt iſtud credo veriꝰ φ nō ſint
de precepto ēt rōne ꝯſuetudinis:qꝛ nemo of
fert niſi cui plʒ:ꝛ ſic ꝯſuetudo nō pōt introdu
ci.vt.ſ̄.Cōſuetudo.§.ij.Solūmodo ğ erūt de
precepto rōne paupťatis ſacerdotis:qñ parro
chiani ſui ſunt diuites ꝛ abūdant:qꝛ tunc pñt
cogi ab ep̄o p ſubtractionē diuinoꝝ.ar.prime
cor.ix.ſed ſi ſunt eque paupes: ſicut ſacerdos
ſic nō tenent̃ ſm Inno.ꝛ glo.ꝛ Ray.Sed di
cā illud.lxxxi.di.Clericus iquit victum ꝛ ve
ſtituʒ ſuo artificio:vel agricultura ſine officij
ſui detrimēto preparet.Laudabile tñ cōſiliuʒ
eſt vt ſemper offerāt in precipuis feſtis aliqd
in miſſa.ꝛ ſic intellige.d.c.ois ꝛ ſil'ia. ꝛ hec eſt
cōis opinio doc.

¶ Cuius erūt oblationes que fiunt vel in ec 2
cleſia:capella:vel imagini:vel celebranti. vide
ſ̄.eccleſia.§.ix.

¶ Quoꝝ oblatōs prohibent̃ recipi.R̄.ſm glo. 3
in.c.oblatōs.xc.di.φ primo pſonaꝝ deſiden
tiū.Scd̄o opprimētiū paupes.Tertio ſacrile
goꝝ.Quarto q extrahit ſeruū violēter de ec
cleſia ꝯfugiētē ad ipam.Quito raptoꝝ. Sex
to vſurarioꝝ.Septimo meretricū. Alioꝝ ve
ro nō ſūt reſpuēde:qꝛ ē penale:vt ibi dicit glo.

¶ Utrꝫ ſacerdos poſſit recipe oblatiōes q̄ ei 4
offerūt̃ ꝓ miſſis dicēdis:q̄s penitēti iniūxit in
pnia vt facēt dici.R̄.pōt.ſed ſpēs mali ē:ꝛ iō
ſi pōt p̄ſumē φ penitēs aliqd̄ ſcādalū ex h̄ con
cipiat:vel aliqs aliꝰ dʒ reſpuere ꝛ ad aliū mit
tere.c.cū ab oi.de vi.ꝛ ho.cle.

¶ Pone φ ſit cōſuetudo i aliq̄ eccleſia φ p̄ 5
poſitus hēat oblatōes q̄ fiūt in dñica:ꝛ ſacri
ſta illas q̄ fiunt i feſto ſci Laurētij. Venit.d.fe
ſtū in dñica quis hēbit.R̄.Bar.in.l.ꝓcōſul.ff.
de offi.proconſul.φ erunt prepoſiti per dictā
legem:qꝛ inſpicitur potius qd̄ eſt naturale: q̄ʒ
accidentale.

# Obligatio

Obligatio eſt iuris vincu
lum quo neceſ
ſario aſtrigimur ad aliqd dandū vl̄
faciēdum.vt inſti.de ob.in prin.

1 ¶ Obligatio ſine ꝯſenſu nulla ē.l.i.ff.de pact. ⁊ nemo obligat̄ niſi qui animū obligādi ſe habeat.ff.de ac.⁊ ob.l.obligationū.la prima. fac glo.in.c.iij.de voto.

2 ¶ Quotuplex ē obligatio.℟.ꝙ triplex. Prīa dr̄ naturalis tm̄ que in ſe cōtinet naturalē equitatē.hec ꝯhitur per vinculum naturale.ſ. conſenſum.⁊ pōt fieri iter oēs hoīes rōnis capaces:ſed i foro cōtētioſo hec inefficax ē ad agendū:lʒ in foro cōſcientie liget:vt.j. Pactum.§. iiij.Secūda dr̄ ciuilis tm̄:que ē cuʒ quis ciuili iure tātum ē aſtrictus:ſed naturalis eqtas diſſuadet eū teneri:ſicut cū quiſ ſpe future numeratiōis fecit iſtrmētum:i quo ꝯfitet̄ ſe recepiſſe cētū:que tn̄ nō recepit.⁊ hec nō obligat i foro cōſcie:niſi inquātum a prelato cogeret̄.ſm Inno.in.c.qr pleriqʒ.de imu.eccle.Tertia dicitur naturalis ⁊ ciuilis ſimul:que ē cū quis cuʒ ſolennitate iuris potens ſe obligare: obligat ſe ad aliquid qđ naturalis equitas vult eū obſeruare:⁊ de iſtis hr̄ inſti.de ob.per totū.Et h obligat in vtroqʒ foro ſm oēs doc.

3 ¶ Quot modis ꝯhit̄ tertia obligatio.℟.ꝙ qttuor modis. Primo ex ꝯctu.vt emptiōe:venditiōe:locatiōe:⁊ huiuſmodi. Secūdo ex quaſi ꝯctu.ſ.cū quis gerit negociū alterius ſine mādato ei⁹.Tertio ex maleficio:vt ex furto:rapīa ⁊ hmōi.Quarto ex quaſi maleficio.ſ.cū qs nō directe ſeu doloſe deliquit:ſed quaſi: vt qr fuit in culpa: vt cum ex eius domo aliquid eſt effuſum ꝙ alteri nocuit. Inſtituta ſub diuerſis Rubricis. Itē ꝯhit̄ quattuor modis. Primo re.vt i mutuo cōmodato depoſito:⁊ hmōi Secūdo verbis i ſtipulādo.Tertio litteris:vt qn̄ in litteris ꝯfitet̄ ſe recepiſſe aliqd qđ tamē nō recepit.Quarto ſolo cōſenſu:vt in ſocietate:mādato:emptiōe:venditōe:vl' locatiōe. In his nō requirit̄ ſcriptura nec pn̄tia:ſed ſufficit eos q contrahūt ꝯſentire per ſe vel p nūcium: vel per epl'am:ſecus in alijs:qr vltra cōſenſuʒ requirit̄:vel littera res:vel v̄ba.hec hn̄t diffuſe inſti.q.mo.re.ꝯ.obligatio.⁊ ſub alijs Rbicis.

4 ¶ Utrū in generali obligatōe veniāt q̄ ſpālit qs nō fuiſſet ꝓmiſſurus.℟.ſm Bar.in.l.i.C.q̄ re.pi.ob.po.ꝙ nō.vnde dicit ꝙ ſi quis obligauit oīa bona ſua nō intelligit obligare ea que nullo modo ſpāliter eſſet obligatur⁹:puta pānos:lectos:⁊ alia ſuppellectilia ſine quib⁹ viuere non poſſumus.

5 ¶ Utrū papa poſſit abſoluere ab obligatōne q̄ quiſ alteri tenetur.vide.s̄.Iuramentum.vj.

in prin.

6 ¶ Utrū obligatio ſcl' extincta poſſit inſtaurari.℟.ꝙ nō.tex.in.l.cū ex cā.C.de remiſ.pig. ſed oʒ alia fiat ſi debet ineſſe.

7 ¶ Utrū obligatio diſſoluat̄ adueniente termino.℟. Pa.in.c.ſicut ex lr̄is de ſpō.capiēdo mētem Hoſ.que plʒ do. Anto.⁊ ē amica veritati:ꝙ aut terminus apponitur ad ſolicitandū iplemētum obligatiōis:⁊ tunc lapſus termini nō liberat ab obligatiōe.ar.l.obligationum.§. plʒ.ff.de actio ⁊ ob.⁊ ar.c.cū delicti.de dolo. ⁊ cōtu.⁊.l.celſus.ff.de ar.Et tunc ponitur ad ſolicitandū iplementū qn̄ apponitur terminus ꝯctui iā perfecto.puta ꝯxit quis ſponſalia: ⁊ poſtea ꝓmittit qr infra certū tp̄s ducet eā non diſſoluitur elapſo termino. Aut terminus apponitur ad finiēdam ſeu limitandam obligationē:⁊ tunc lapſus termini liberat ab obligatione ſi per eū nō ſtetit quin ipleret in termino Et iſto modo dr̄ appoſitus qn̄ apponitur ad ſolicitandū principium cōtractus.puta ꝓmiſimus ad inuicē tali tp̄e ꝯuenire ad ꝯhēdū ſponſalia elapſo die liber eſt p quē nō ſtetit.

8 ¶ Utrū obligatus ſtati teneatur.℟. Pa.in.c. lʒ beli.de ſimo.ꝙ aut dies ē appoſita obligationi:⁊ ſi ſunt eiuſdē fori reus ⁊ actor: tenet̄ re⁹ ſine interpellatione offerre:⁊ ire ad domū ei⁹: qr dies iterpellat ꝓ hoīe.c.potuit. de loca. ⁊.l. magna.C.de ꝯhen.⁊ cō.ſtipu.Si nō ſunt eiuſdē fori nō tenet̄ reus ſponte ire ad forū alteri⁹ vel ad domū:ſed dicat in domo ſua parat⁹ ſuʒ ſoluere ſi ſit qui recipiat:⁊ ſufficit iuxta nō. in l.itē illa.ff.de cōſti.pecu.⁊ ibi Bar.⁊ Albri.in l.iubemus.C.de epi.⁊ cle.qđ no.ꝓ limitatiōe. c.potuit.de loca. Intellige niſi aliud ſit ſpālit̄ i pacto.Aut dies nō ē appoſita:⁊ ſic requiritur monitio:vt in.l ſi ex legati.cā.ff.de verb. ob.⁊ vide.s̄.Mora.§.i.⁊.j.Solutio.§.xix.

9 ¶ Utrū obligatus legere duob⁹annis ⁊ ipeditus ex aliq̄ cā nō fecit teneat̄ legere alijs duobus poſt illos ſequētib⁹.℟. Pa.in.c. ſignificauerūt.de iudi.ꝙ nō.qr alie ſunt ope illoꝝ duorū ſequētiuʒ:⁊ alie precedentiū:qr ope perſonales mutātur ex curſu tēporis.vt in.l.ſi nō ſortē §.libertus.ff.de ꝯdi.inde.ad idē facit.l.ſi vſuſfructus i biēniū.ff.de vſufruc.lega. vbi finito tp̄e finitur ius.⁊ hoc voluit Bar.in.d. termis in.l.⁊ ideo heſitat̄.ff.de verbo.ob. Secuſ dicit vbi factū ad qđ qs tenet̄ ñ diuerſificat̄ ex tp̄e qr tunc elapſo tp̄e ad qđ tenetur integrat̄ tp̄s. vt in.d.l.⁊ ideo.

10 ¶ Vtrū pactū seu ꝓmissio obliget qñ turpitudo tm̄ versat̃ ex parte recipiētis obligationē. R. Pa.in.c.debitores.de iureiur.ꝙ nō. pꝫ ibi. qꝛ ꝓmissio de soluēdis vsuris nō obligat:qꝛ si obligaret ēt natural'r solū cogeretur soluē rōe pacti:vt in.c.i.de pact͛.sicut cogitur qñ interuenit iuramētum. Rō qꝛ cū lex resistit etiaꝫ alteri ꝯhenti non nascit̃ obligatio etiā naturalis: vt in.l.cū lex.ff.de fideiuſ.ꝛ ibi plene p Bar.

11 ¶ Sed q̄re obligat̃ magis ex iuramēto q̄ꝫ ex promissiōe:cū ds nō faciat drīaꝫ inter iuramētū ꝛ simplicē loquelā. vt in.c. Iuramenti.xxij q.v.R. Pa.in.d.c.debitores ꝙ iō ē.qꝛ simplex ꝓmissio ē nulla.ꝛ iō hr̃ ꝓ non facta pp turpitudinē recipiētis:sec⁹ in iuramēto:qꝛ cui fit .s. deo nō turpit̃ accipit:nec iurās peccauit. Promissio eni dirigitur i hominē. Iuramētū aūt in deum.

12 ¶ Vtrū administrator nō hñs expressum mādatū ad penā apponēdaꝫ:vel ambasiator possint obligare ꝯstituentes ad penā quā apponūt pro obseruatione ei⁹ qd̄ ꝓmittūt.R. Pa.i c.ij.de preca.ꝙ sic.facit.l.bñ a çenone. C. de q̄. prescrip.ꝛ.l.si ꝓcurator cesaris.ff.de iure fisci. ꝛ.d.c.ij. vbi prelatus pōt apponere penam : ꝛ obligare se ꝛ successores:dūmodo ꝯctus sit rōnabilis.ꝛ.c.dilecti.in fi.de arbi.ꝛ qd̄ scribitur i.c.nulli.de re.eccle.nō alie. vbi rector eccl'e pōt obligare sine cōsensu epi oia bona ecclesie general'r ꝓ obseruatione ꝯctus alicuius:qꝛ soluꝫ sibi prohibet̃ specialis hypotheca.Qd̄ limita verū nisi cōtractus nō teneret:aut esset nullus qꝛ cōtra ius.qꝛ pena tollit̃.sec⁹ si esset nullus qꝛ preter ius.qꝛ teneret pene appositio.d.c.dilecti vide glo.in.c.accessoriū.lib. vi.ꝛ tex.cū glo.i.c. significātibus.de offi.deleg.Limita scd̄o nisi pena cēt preter naturā ꝯctus.vt in.d.l. si procurator. vbi non tenet̃ fiscus ad duplū vel triplū.licet procurator obligauerit se si euinceret̃ res quā vendit.sec⁹ qñ ꝓ obseruātia ꝯctus apponitur. vt in.d.l.bene a çenone.

13 ¶ Vtꝝ pr̃ obliget̃ ex ꝯctu filij.R. Io.de pla. insti. qd̄ cū eo.§.in rem.qd̄ si versum ē in vtilitatē pr̄is.puta qꝛ mutuo accepit pecuniā vt se vestiret sꝫ ꝯueniētiā suā ꝛ hmōi.ꝛ sic tenet̃.l. iij.§.labeo idē.ff.d i rē vso.ꝛ.d.§.i rē. Si vo nō est versum in vtilitateꝫ patris: sed potius mutuo accepit vt faceret pompas: vel luderet ꝛ huiusmodi:sic nō tenet̃ nec pr̃ pro filio nec dñs ꝓ seruo.l.ꝙ si seruus.§.sed si sic accepit.ff. de in rē vso.nisi ei⁹ iussu fecisset.l.i.ff.qd̄ iussu. Si tñ hr̃et pompas tenet̃ restituere creditori. l.iij.§.sed si rē.ff.de in rē vso.Sil'r tenetur pr̃ si hꝫ peculiū filij deducto tamen prius ꝙ ipse pr̃ in dicto peculio dꝫ habere.l.sed si damni.§. peculium.ff.de peculio. Idē dic de mercatoribus qui preponunt institores ꝙ tenentur de ꝯctibus fact͛ noie ipsoꝝ.ff.de instito.per totū qꝛ vident̃ ꝯhere cū preponente qui cōtrahunt cū preposito.l.si institorē.ff.si cer.pe. Idē in exercitore nauis.l.i.in prin.ff.de exer.ac.

¶ Vtrū ille ꝓ quo qs agit ei⁹ negocia vtiliter obliget̃ eidē.R.ꝙ sic.ar.l.cū pecuniā.ff.de nego.ge.ꝛ qd̄ no.glo.cū tex.i.l.que vtiliter.ff.eo. ꝛ.l.sed ꝛ ideo.ff.so.ma. 14

Obses potest dari liber hō pro pace seruanda non ꝓ pecunia.de iureiurā.c.ex rescripto.ar. ad idē.ff.de testa.l.obsides.ff.de iure fisci.l. diuus Et illud qd̄ dr̃ ꝙ liber homo nō potest obligari.extra de pig.c.i.ꝛ.C.que res pigno.ob. po.l. qui filios. Intelligitur ꝙ nō pōt obligari : vt in eo sit ius pignoris:sed tātum ius retentionis.ita tꝫ glo.in.c. vt pridē.§.itē eisdem .xxiij. q.vlti.ꝛ in.c.exposita de arbi. Itē homo redēptus ex captiuitate tenet̃ seruire p quiquēniū nisi soluat pciū.C.de postliminio reuer.l. vlti. Itē sicut pr̃ pōt vēdere filiuꝫ pp famem. sic ꝛ obligare.C.de patri.qui fi.distra.l.ij.

Obstinatio est quedam pertinacia. ꝛ iō dic vt.j.pertinax.

Occasionem prebēs alteri peccandi vtꝝ peccet.R. Landul.in.iiij. di. v.q. vltia. in fi.ꝙ duplex ē occasio.Quedā actiua.s. cum qs est quasi coadiutor in peccato:vel aliqd tale facit qd̄ facere nō debet. vnde alius accipit exēplū ꝛ occasionem male operandi: sicut qui i.xl.sine necessitate comedit carnes:ꝛ alijs dat occasionē male operandi.ꝛ istud est peccatum ꝛ tale quale illud cuius est occasio.Quedam ē occasio passiua qñ.s.quis facit qd̄ facere debꝫ. ꝛ ex hoc accipit alter occasionē peccādi:ꝛ talis non peccat:qꝛ facit qd̄ facere dꝫ:quod limita: vt.j.scandalū.§.iij.ꝛ.iiij. Vide de hoc etiaꝫ.s. Causa.§.vi.

Occultum dicitur dupliciter sm̄ Pa.in.c.ex litteraꝝ.de tēp.or. Primo ꝓut distiguit̃

ꝓbabile. Alio modo ꝓut distinguit ꝯ notoriũ. Et tũc lz aliqui sciãt: tñ notorium non est qñ aliq̃ tergiuersatione celari põt.

**ODium** dei est filia luxurie: sed odiũ proximi est filia inuidie vel ire.

1 ¶ Utrum sit peccatum mortale. R. ꝙ odium dei maximũ pctõꝝ ē: qꝛ vnũqđ qz quod ē ꝑ se est potius eo qđ est ꝑ aliud. In odio dei voluntas auertitur a deo ſm se. In alijs vero peccatis nõ auertitur a deo ſm se: sed ſm aliud. inquantũ appetit aliquid inordinate qđ habet auersionē annexam a deo. Et ē odiũ ꝓximi qđ cũ opponatur charitati ē peccatũ mortale de se. Et tunc opponitur qñ vel non facit proximo qđ tenetur de necessitate: vel appetit facere: vel facit ꝓximo aliquod nõbile malum. Unñ prime. Jo. ij. Qui odit fratrē suum homicida ē. per accidens tñ ꝛ ꝓpter imperfectionem actus põt esse veniale: puta cũ non ē in deliberatione volũtatis: sed in primo motu solũ. Item qñ malũ quod proximo desiderat est modicũ: nec notabile malum vellet habẽt. Item quando odit peccatũ proximi: non naturã ſz Tho. xxij. q. xxxiiij. Item quando malũ non vt malum vellet proximo: sed sub rõne boni. puta zelo iusticie: vel ad bonum seu correctionē illius cui vellet: ꝛ hmõi: qꝛ tunc proprie nõ habet rõnem odij. Et q̃uis illa que cõmittũtur exterius quãtum ad lesionem proximi sint grauiora: tñ quantum ad voluntatis deordinationē odiũ ꝓximi est peccatum grauissimum eorum peccatorum que sunt contra proximum: ꝛ orit̃ ex inuidia directe ſm Gre. xxxi. mor. Dispositiue vero ex ira. Ric. tñ i. ij. sniaꝝ refert quosdaz tenere ꝙ potius oritur ex ira. lz aliqđ odiũ ex inuidia oriat̃.

**OFficium** diuinũ vide. s. Hore.

1 ¶ Officiũ ad quod tenetur exequens non meretur premiũ necessario promissum generaliter facienti. Unde cũ promittitur aliqd generaliter capienti bannituz nõ debet̃ famulo potestatis capienti. qꝛ ad hoc tenebat̃ ex officio suo. facit. l. ꝯgruit. ff. de offi. presi. ꝛ. c. i. de offi. or. no. Pa. in. c. ecclesijs. de censi.

2 ¶ Utrũ pro habendo officio temporali possit aliqd dari. R. Ge. in. c. ꝓ humani. de homi. li. vi. tz ꝙ sic. si duo cõcurrant. Primuz ꝙ publice det nõ occulte: qꝛ clãdestine dare reprobat̃. ff. de poli. l. i. ꝛ. ij. ff. de adm. tut. l. non extimo. Nec ob. l. vnica. C. ad. l. iul. de ambi. q̃ prohibet aliquē ad offm̃ ꝓmouendũ precio vel ambitõe sed ꝓbate vite: qꝛ ſm gl. loq̃t qñ secrete datur. Secũdo si cupit ꝓdesse ꝛ nõ preesse. Adde tertium si est idoneus. al's non. Facit. viij. q. i. quia epatum. secus in officio ecclesiastico. vide de hoc. s. Dignitas. §. ij.

¶ Utrũ officialis possit aliquid recipe quãdo gratis tenet̃ impẽdere officiũ. R. ꝙ nõ. vt i. l. i. C. ad. l. iuliã repetũ. vbi ꝓhibet̃ aliqd recipere cuz quis ē in admĩstratiõe ẽt pꝰ depositũ offm̃ ꝓ aliq̃ prestito bñficio tpe admĩstratiõis. de q̃ vide. s. Judex. §. viij. cũ sequẽtibꝰ. 3

¶ Utrũ liceat mutuare sup officia dñis. R. ſz S. Tho. in epl'a ad ducissam brabantie. ꝙ si ex pacto mutuũ det̃ vt officiũ recipiat̃ sic vsura ē: qꝛ ꝓ mutuo accipiũt officij ꝓtãtẽ. Hoc ego limitarẽ i officijs secularibꝰ: que nõ dant̃ gratis: sed vendũtur. secus esset in officijs que debent gratis dari: qꝛ sic nõ esset vsura ex parte dant̃ mutuũ: cũ nihil accipiat ꝙ pecunia extimandũ sit: lz ex officio ꝯñter aduenit lucrum: qꝛ illud lucrũ aduenit rõne laboris: sed potius est iniusticia ex parte nolentis aliter dare talia officia. In spũalibus aũt officijs induceret symoniam. 4

**OLeum** sanctũ dr̃ triplex qđ p epos in die cene ꝯsecratur. Primũ pricipale dr̃ crisma sanctũ qđ de oleo ꝛ balsamo fit. ꝛ cũ isto benedicũtur fontes baptismales: calix: ꝛ patena: ecclesia: ꝛ altare: ꝛ puer bapticatus in vertice ꝛ fronte: ꝛ epi qñ ꝯsecrãtur: in manibus ꝛ in capite: ꝛ oẽs fideles cũ crismantur: ꝛ istud ē annuatim consecrãdũ ꝛ innouãdũ. c. si quis de alio. de cõse. di. iiij. ꝛ grauiter punitur sacerdos qui i baptismo vtit̃ de alio q̃z de nouo. vt in. d. c. si quis. Scđm oleũ scm̃ est catecuminoꝝ: ꝛ dr̃ oleum benedictum siue scm̃: ꝛ isto inungũtur bapticandi inter scapulas: ꝛ in pectore: ꝛ manus sacerdotis cũ ordinatur. Item principes ꝛ reges in brachio ꝛ humero. Item ecclesia ꝛ altare ante crismationem. Tertium oleum sanctum est quo inungũtur infirmi in articulo mortis. de quo. j. Unctio.

¶ Utrũ alio tpe possit cõfici prefatum oleuz q̃z in die cene. R. ꝙ primũ nõ. de cõse. di. iiij. oi tpe. de sen. exco. qm̃. li. vi. de alijs duobꝰ non inuenitur prohibitũ. 1

¶ Utꝝ oleũ nõ sacrũ additũ sacro efficiat̃ sacrũ. R. vt. s. Aqua benedicta ꝙ sic. 2

**O**pinio eſt aſſenſus intellectus ad aliquid:nõ q̃ ſufficienter moueatur ab obiecto ꝓprio: ſed ꝑ quandam rõnabilem electionem volũtarie declinans in vnam partem magis q̃ȝ in aliaȝ cũ dubitatiõe tñ ꝛ formidine alterius partis. ita tñ ꝙ ad illam partem quam formidat non habetur rõ expreſſa cõcludens: formidatur tñ ꝓpter debilitatem rõnis alterius partis. Fides vero eſt cũ certitudine abſqȝ tali formidine. Scientia aũt eſt aſſenſus intellectus moti ab obiecto per ſeipm̃ cogniti:ſicut in pncipijs primis: vel per aliud ſicut in concluſionibus: quaꝝ eſt ſcia. Hec. S.Tho.xxij.q.i. ar.iiij.Dubium vero eſt motus indifferens in vtranqȝ partem contradictionis.de quo.ſ. Dubium. Scrupulus eſt cũ intellectus ex leuibus coniecturis ſeu medijs ꝛ multũ debilibus mouetur ad vnam partem.ꝛ hec etiam dicitur ſuſpitio ꝛ puſillanimitas ſpũs que repellẽda ẽ vt dicitͭ vi.q.i.Dues.in fi.Omnis eni ſuſpitio potius abijcienda ẽ q̃ȝ acceptãda.Et de his hẽſper Card.in cle.ne Romani.de elec.ꝛ in.c.litteras de preſump.

❡ Cui opinioni eſt adherendũ in varietate.Rñ diſtiguẽdo.aut vna opiõnũ hȝ pro ſe legeȝ vel antiquam conſuetudinem approbataȝ: ꝛ alia non.ꝛ ſic illa eſt preferenda:q̃ꝛ minime mutãda ſunt que certam ſniam ſemꝑ habuerunt .l. minime.ff.de legi. Aut nõ eſt lex nec cõſuetudo ꝑ aliqua ipaꝝ:vel ẽ pro vtraqȝ.ꝛ tũc debẽt ꝯcordari.vt dicatͭ in vno caſu vnã obtinere:ꝛ aliam in alio ſi fieri põt.vt in.c.litteras. de reſti.ſpo.xxv.q.ij.§.his ita reſpondetͭ.de cogna. ſpi.c.i.Cõueniẽs eni eſt iura iuribus ꝯcordare.dic̃ tex.i.c.cũ expediat.d elec.li.vi.ꝛ.l. vnica C.de inoffi.doti.ꝛ.l.precipimus.in fi.C. de appel.Et ſoluitur aliquando cõtrarietas ꝑ aliud ꝛ ſimpliciter.vt.xij.q.ij.ſine exceptiõe. de his que fi.a ma.ꝑ ca.cũ apoſtolica. aliquando per aliter.de elec.c.ꝙ ſic̃.ꝛ.c.publicato. aliquando per ſecũdũ.vt de elec.cumana.ꝛ.c.cum in iure. Si vero non poſſunt cõcordari tunc cõis opinio ſequenda ẽ:q̃ꝛ in cã dubij pro multitudine eſt preſumendũ.ita tȝ glo.in.c.fi.de peni. di.i. Bar.in.l.precibus.C.de ipu.ꝛ alijs ſub.ꝛ glo. in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iu.ꝛ in cle.i.i fi. de ſum.tri.dicũt doc.ꝙ in dubijs ꝛ deciſiuis adherendũ eſt carrocio doctorum:q̃ꝛ cõis opinio doc.inducit probabilem errorẽ. vide tex. iuncta gl.i.c.vnico.de poſtu.pre.li.vi.facit tex. in.l.ij.ff.de iur.ꝛ facti.igno.No.Bar.in.l.de co.C.de pe.iudi.qui ma.iudi. quod limita ſm Ge.in.c.i.de ſum.tri li.vi.vbi:niſi vera ꝛ certa rõ ꝯria aſſignetur.vtputa ſm Jo.an.in.c.i. de cõſti.q̃ꝛ notorie dicit male:vel q̃ꝛ rõnabiliꝰ põt conuinci.Nam vt dicit Pa.in.c.tua nos de vſuris licite iudicatͭ cõtra cõmunem opionẽ doctoꝝ.ꝛ etiam gl.qñ iure non ꝓbatͭ.vel ꝑ rõnem cui non poſſit reſponderi.Ita etiã no.do.Anto.in.d.c.tua nos.ꝛ facit tex.i.l.i.§.cũqȝ hec materia.C.de vete.iurͭ enuc.ibi non oẽs i omnia:ſed certi per certa vel meliores vel deteriores inueniũtur:ſed neqȝ ex multitudine auctorum qd̃ melius ꝛ equius eſt iudicato: cũ poſſit vnius ꝛ forte deterioris ſnia multos in aliqua parte ſuperare.h ibi.Si aũt non apparet que ſit communis:tunc preponenda eſt illa que validioribus rõnibus firmatͭ.ar.inſtit.de empti.ꝛ vendi.§.iteȝ precium.C.de edic.diui adri tollen.l.edicto.Facit.c.dño ſancto.§.ecce inquantum.l.di.ꝛ maxime ſi talis opinio ſit ſubtilior.vt dicit tex.i.c.capellanꝰ de ferijs.aut vna opinio nititur rigori ſcripto:ꝛ alia equitati ſcripte:ꝛ ſic iſta preponitur.c. vno. de re. ꝑmu.li.vi.ꝛ.l.placuit.C.de iudi.ꝛ per Cy. in.l. i.ꝛ.C.de legi. Fallit in odiũ iudeorum contra quos rigor prefertur equitati.c.ij.de iudeis. In alijs autem opio benignior debet obſeruari.l.benignus.ff.de le.Facit.c.fi.de tranſac.ꝛ hoc Pau.in.d.cle.ne romani.in prin.Et benignior dicitur illa que fauet iuramento: teſtamento:libertati: matrimonio: religiõi ꝛ ſacramento.Facit.c.ij.de cog.ſpi.l.ſunt perſone.ff. de reli.ꝛ ſumpti.fu.Silr illa que ſoluit q̃ȝ que ligat.regula odia.li.vi.l.arrianus.ff.de actio.ꝛ obli.Aut ſunt antiqui doctores ꝛ ſic moderni non eis preponuntur:niſi nouis rõibus ꝛ cauſis ad aliud ſentiendum inducãtur.Nam aliquando intellectus iunioris perſpicacior ẽ q̃ȝ ſenis.dicit tex.in.l.gallus.ff.de liber.ꝛ poſthu. lxiij.di.§.verum.Aut ſunt theologi ꝛ canoniſte vel legiſte:ꝛ tunc in materia iuris diuini veteris vel noui teſtamenti prefertur Theologꝰ. In materia vero iuriſ poſitiui.canoniſta i materia canoniſtali:legiſta in materia legali preponitur.Aut ſunt quattuor doctores eccleſie q ſibi contradicunt:ꝛ tunc in ſubtilitatibus ꝛ queſtionibꝰ prefertur Aug.In tranſlationibꝰ vero Hieronymus.In ſermonibꝰ Ambroſiꝰ In moralibus Gregorius .xx.di.§.i. Fat qd̃ no.gl.in.c.~~ſient.xv.di.~~ Aut diuerſitas eſt inter

papam ⁊ conciliū: ⁊ tunc in concernentibus fidem concilium preponitur: q2 orbis maior eſt vrbe. In alijs aūt papa eſt preponenduſ. vt in c. ſunt quidā. xxv. q. i. ⁊. di. xix. Anaſtaſius. Et intellige papam preferendum oībus: qñ tanq̄ papa ſic determiat aut ſtatuit. Facit. c. de libellis. xx. di. Secus ſi arbitraretur ſicut doctor: q2 non preiudicaret opinionibus aliorum. vt notat Inno. in. c. litteras. ō reſti. ſpo. Dicit tamē Pa. in. c. tua. de decimis. ꝙ qñ dictum alicuiꝰ ſancti iuuatur auctoritate iuris diuini: potiuſ eſt ſtandū ei q̄ʒ interpretationi pape. vt dicit glo. xx. di. c. i. cuʒ hoc potius ſpectet ad eccleſiā vniuerſalem q̄ʒ ad priuatam perſonaʒ. Quod quidē dictum iſt mirabile ⁊ valde dubito cum ad papaʒ pertineat ius diuinū interpretari vt ſupra dictum eſt. Sed poteſt dici ꝙ verū dicit glo. prefata quando papa diceret contra auctoritatem iuris diuini expreſſe: ſed quando interpretando vl' declarādo dicit: ſic preponiť oībꝰ Et ſic intellige glo. in. c. hec eſt fides. xxiiij. q. i.

¶ Vtrum ſequens opinionē doctoꝝ non ſubtiliter inueſtigataʒ que poſtmodum apparet falſa excuſetur a peccato. R'. Pa. in. c. capellanus. de ferijs ꝙ ſic. q̄ʒdiu nō apparuerit falſa. Facit glo. iuncto tex. in. c. vnico de poſtu. prela. li. vi. ⁊ in. c. fi. de ſpon. duo. ⁊ in. c. cum venerabilis. de conſe. facit. l. regula. ⁊ quod ibi notať. ff. de iuř. ⁊ facit igno. ⁊ quod notat Inno. in. c. per tuas. el. ij. de ſimo. ⁊ glo. Goffr. ⁊ Tancre. in. d. c. capellanus. nō. Oldra. in. l. queſitum. §. i. ff. de fun. inſtruc. inſtru. q̄ʒ le. ꝙ ſequens opinionem ſui doctoris excuſatur ab impenſione expenſarum: q2 ꝓbabiliter quis ſequitur opinionem ſui doctoris. l. dicere. §. vnde videndū ff. de arbi. Iſtud tamen limita verum in his q̄ non ſunt contra dei precepta. ⁊. l. naturaleʒ inſertam mentibus hominū: quoruʒ ignorantia neminem excuſat. de quo dic vt. s̄. Ignorantia Nec ob. predictis illud. c. iuuenis. de ſpon. vbi dř ꝙ in dubijs tutior pars eſt eligenda. ⁊ Eccleſiaſtici. iij. qui amat periculuʒ peribit in illo ergo videtur ſe exponere periculo qui in diuerſitate opinionū non elegit tutiorem: q2 hoc verum eſſet quādo proprie dubium eſt: ſed qñ eſt opinio ſecus eſt. q2 nec tunc ſumꝰ in dubio: nec conſequenter exponit ſe quis periculo. ⁊ quod bene no. Item nec ob. etiam illud Aug. de pe. di. vij. ſi quis. vbi dicit dimitte incertuʒ ⁊ tene certum. q2 alia eſt certitudo in moralibus: alia in naturalibus. Propterea dicit phus. i. ethi. ꝙ diſciplinati eſt in vnaquaq̄ʒ re certitudineʒ querere iuxta exigentiam materie. eque enim vitioſum eſt perſuadentem querere mathematicum ⁊ moralem demonſtrantem. Non enim conſurgit certitudo moralis ex euidentia demonſtrationis: ſed ex probabilibus coniecturis groſſis ⁊ figuralibus magis ad vnam partem q̄ʒ ad aliam ſe habentibus. Dicitur autem ꝓbabile qued pluribus ⁊ maxime ſapientibus apparet verum. nam ſi Ioachim nō fuit hereticus: lʒ tenuerit falſum contra fidem. vt patet in. c. damnamus. de ſumma tri. ⁊ fi. ca. q2 ab eccleſia talis articulus nondum erat damnatus multo magis excuſatur quis ſequendo opinionem doctoris: qñ talis opinio ab eccleſia non eſt reprobata cum tali voluntate: ꝙ ſi non crederet veram non ei adhereret: certe in iſto nō poteſt eſſe contemptus: ⁊ ſic nec peccatum inobedientie. ⁊ ergo tenet certū ſibi certitudine morali: ⁊ dimittit dubiū ſibi. ſ. opinionē ꝯriaʒ.

ORatio ſm. S. Bo. in. iiij. d. xv. parte. ij. ar. i. q. iiij. accipitur cōmuniſſime ſm ꝙ comprehendit omnē actum bonum. ſicut accipit glo. i. ad Theſ. v. Non ceſſat orare qui non ceſſat bene facere. Accipitur ſecundo cōmuniter ſm ꝙ cōprehendit omnē actum contemplatiue relatū ad deuʒ. Accipitur etiam proprie oratio ſm ꝙ eſt aſcenſus mentis in deum ad aliquid degustandum: vel impetrandum: vel exſoluendum. Et iſto modo accepta diuerſimode diffinitur. vt patet per Ho. in ſumma. ti. de penis. ⁊ Io. an. i Cle. vnica. de reli. ⁊ ve. ſan. Vñ ſm Aug. in li. de verbis dñi. Oratio eſt quedam petitio ⁊ alibi dicit. Oratio eſt pius mentis effectus directus in deum: ⁊ plerunq̄ʒ ne pigritetur in vocem prorumpens. Facit ad hoc de conſe. di. i. quando aūt. Vel ſm Damaſ. li. xxiij. Oratio eſt aſcenſus mentis in deum: vel petitio decentiuʒ. facit. c. fi. xx. di. Vel oratio ſm Ray. eſt cōgeries vocuʒ ad aliquid interpretandū in deū tendentium. Vel ſm Hugo. de ſancto victore Oratio eſt deuotio quedam ex compunctione procedens. He eni deſcriptiones orationi conueniunt ſm diuerſos eius effectus. ⁊ ꝑpterea oratio aliqñ dř oratio noīe ꝑprio. ⁊ hoc fit qñ mens noſtra aſcendit in deum: vel per quam aliquid deo vouetur vel offertur. ⁊ ſic ei competit diffinitio. ij. Aug. ⁊ prima Damaſ. Aliquando dř obſecratio qua quis ꝓ cōmiſſis veniam deprecatur: ⁊ alia expedientia ad ſaluteʒ

petit:⁊ ſic ei cōuenit prima diffinitio Aug.⁊.ij Dama.⁊ alia Ray.Dr̄ tertio poſtulatō:⁊ hoc eſt qñ quis cōſtitutus in feruore ſpūs ⁊ charitatis fraterne etiā ꝓ ſalute alioꝝ orat ⁊ petit. Quarto dr̄ grāarum actio ꝑ quā quis recolendo beneficia dei tam preterita q̄ꝫ pn̄tia ⁊ futura totus in deum attractus quodam ſpū compunctionis regratiando deo totus fit illi deuotus.⁊ ſic ei competit diffinitio.Hugo.Et d̄ iſtis dr̄.i.ad Thimo.ij.

1 ¶ Utrū oratio ſit virtus latrie.R.ſm Ri.in iiij.di.xv.ar.iiij.q.ij.ꝙ ſic. inq̄ꝫtum quis orat deum vt ſibi exhibeat honorē in recognitionē ſūmi dn̄ij.cum latria nō ſit aliud niſi exhibitio honoris teſtificantis in eo cui exhibetur ſummū dn̄ium. Inq̄ꝫtum vo quis orat deum: vt ꝑ hoc ſatiſfaciat de peccatis ſuis vel aliorum ſic eſt actus pn̄ie:nec miruꝫ q2 in genere actuū morum idem actus ex fine ſortitur diuerſas ſpecies.vt patet in.v.ethicorum.c.iiij.vbi mechās ꝓpter lucrum eſt auarus ⁊ propter concupiſcentiam eſt luxurioſus.

2 ¶ Quis eſt orandus vtrū ſolus deꝰ.R.ſm Ri. vbi.ſ.q.iij.ꝙ dupliciter quis poteſt porrigere alteri preces.aut vt tanq̄ꝫ ꝑ ipſū implende.aut vt tanq̄ꝫ ꝑ eius impetrationē adimpleantur. Primo mō ſolus deus eſt orandus:q2 illa bona que principaliter ſūt petenda.ſ.grā ⁊ ſalus vel que nobis deſeruiunt ad eoꝝ acquiſitionē a ſolo deo dantur: nec ab alio dari poſſunt tali mō.ſ.ad acquiſitionem glorie ⁊ grē.Scdo mō orandi ſūt ſancti qui a deo ipetrant exauditionem oratiōis noſtre.Vn̄ Apoca.viij.dr̄.Aſcēdit fumus aromatū de orationibus ſanctoruꝫ de manu angeli coram deo. maxime glorioſa virgo maria ſuper ceteros eſt oranda iſto ſcdo mō:q2 plus valet q̄ꝫ ceteri omnes ceteris paribus. Et ꝓpterea cum oramus deum vel xp̄m dicimus miſerere:vel da nobis: ſed cū oramꝰ ſanctos dicimus orate pro nobis.

3 ¶ Sed quero nunqd ſancti vident or̄ones noſtras.R.ſꝫ Ri.vbi.ſ.ꝙ lꝫ aīe ſanctoꝝ naturali cognitione nō cognoſcant oīa que fiūt in hac vita:⁊ maxie interiores motꝰ cordis.q2 ſolꝰ deꝰ ſcrutatr̄ corda.de ſūmo.c.tua.in fi.tn̄ in verbo vident ea que decet eos de noſtris actibuſ cognoſcere:de quoꝝ qualitate ſunt illi actus quibus eos oramus orando:q2 ad eoꝝ gloriam ꝑtinet ꝙ ad eos habeamus neceſſe recurrere.⁊ ꝙ ipſi prebeant nobis auxilium ad ſalutem.

4 ¶ Quō dꝫ fieri oratio.R.vt colligo ex Ri.vbi ſ.q.v.vi.⁊.vij.⁊ Tho.xxij.q.lxxxiij.Ho.⁊ Jo. an.vbi.ſ.ꝙ dꝫ fieri cū.vij.cōditionibus ſeu ſocijs.Et primo cū humilitate. Judith.ix. Humiliū ⁊ manſuetoꝝ ſemꝑ tibi placuit deprecatio. Eccleſiaſtici.xxxv.Oratio humiliātis ſe ⁊c̄.ps Exaudiſti orationē humiliuꝫ.Hec humilitas duo dꝫ hr̄e.Primo diffidentiā ꝓprie virtutis hoc eſt reputes te indignū exauditione. Scdo cōfidentiā de dei miſericordia ne deſperes:ſic eccleſia facit q̄ ſemꝑ in fine orōis dicit.ꝑ dn̄m noſtrū ieſū xp̄m ⁊c̄.quaſi dicat.O dn̄e non ad me aſpicies:ſed ad miſericordiam ſaluatoris. ⁊ ad aduocatā Mariam.ſic vide qd̄ in letanijſ dr̄ ꝑ paſſionē.ꝑ crucem ⁊c̄.

¶ Scdo cum bona diſpoſitione:ſeu contritione ſuoꝝ peccatoꝝ.q2 cuꝫ is qui diſplicet ad intercedendū mittit̄ irati aīus potius ad deteriora ꝓuocat̄.Dicit Gre.iij.q.vij.in grauibus.⁊ xlix.di.c.id. 5

6 ¶ Utrū or̄o peccatoris exaudiat̄.R.vt colligo ex Ri.⁊.S.Tho.vbi.ſ.ꝙ aut peccator aliq̄ petit vt peccator.i.ſm deſideriū peccati.⁊ tunc ſi exaudit̄ ex miſericordia:ſed bene qn̄qꝫ ad vindictā.dū ꝑmittit̄ ampliꝰ ruere in peccat̄.Vn̄ Aug.Quedā negat deus ꝓpitius que cōcedit iratus.Et ſic intelligit̄ illud prouer.xviij.Qui declinat aureꝫ ſuā ne audiat legē:or̄o eius execrabilis erit.Aut peccator orat ex deſiderio bono nature.⁊ ſic deus exaudit nō quaſi ex iuſticia:q2 talis nō meret̄:ſed ex miſericordia: ſi tn̄ alie conditiones concurrant.

7 ¶ Sed quid ſi orat ꝓ alio:nunqd exaudiet̄.R. ꝙ aut orat vt miniſter eccleſie.⁊ ſic exaudit̄.i. q.i.c.dictū eſt.Aut orat vt priuata pſona: ⁊ ſic nō exaudit̄ peccator ꝓ alio orans.Et ſic intelli ge.c.ſi quis inquit.⁊.c.ipſi ſacerdoteſ.⁊.c.ſacroſancta.⁊.c.neceſſe.i.q.i.Uerum eſt ꝙ ſi ille qui inducit peccatorem ad orandū ꝓ ſe ſit bonus tunc peccator exaudiet̄:nō ꝓ ſuo ſed ꝓ merito poſcentis.d.c.dictū eſt. Sed aduerte ꝙ hic:⁊ in.§.precedenti accipit̄ peccator ille qui eſt in mortali:nec de eo eſt attritus vel contritus.q2 lꝫ quis eſſet in pctō.tn̄ de eo dolet ⁊ ꝓponit abſtinere ⁊ ſatiſfacere:tunc nō hꝫ locum iſtud:ſꝫ illud qd̄ dicit Aug.ſuꝑ Jo.omel.xliiij. Si eni peccatoreſ deus nō exaudiret fruſtra ille peccator publicanus oculos in terra demittēs:⁊ pectus percutiens diceret.Dn̄e ꝓpitius eſto mihi peccatori:cuius cōtrariū ibi pꝫ.q2 deſcendit iuſtificatus.⁊ ideo tales exaudiunt̄.

8 ¶ Tertio dꝫ eſſe or̄o aſſociata cū breuiloquio:

Mat. vi. Cum oraueritis nolite multū loqui. Facit de conſe. di. v. c. nō mediocriter. ſed contrariū xp̄s Luc. xviij. dicit. Semper oꝫ orare ⁊ nunq̄ȝ deficere. Item Luce. vi. dr̄ ꝙ pnoctauit orando. Et Luce. xxij. dr̄ ꝙ plirius orauit. Facit. xxvi. di. c. noſce. Ad qḋ dicendū ꝙ oro̅ non ſolū ſm ſuam cām: que eſt deſiderium charitatis: ſꝫ etiam ſm ſe ipſam pōt eſſe diuturna. Et quod ego dico ꝙ debet eſſe breuis: Hoc intelligo taliter ne immorātibus nobis aliud cordi noſtro inſerat inimicus. Et ideo ſancti patres aliquantulū orabant: ⁊ poſtea aliquid operis faciebant. deinde ad orōnē redibant: ſic ⁊ nos nō ita debemus ꝓlongare orationē ꝙ in ipſa repleamur vagationibus: ſed potius eam breuem facere vt cum feruore eam expleamus. Et hoc eſt qḋ dicit Aug. ad ꝓbā. multū loq in orādo ē rē neceſſariam ſupfluis agere verbis. Cū plerūq̄ȝ hoc negociū plus gemitibus q̄ȝ ſermonibus agaꝛ̄. Et hic loquiꝛ̄ de orōne volūtaria nō de illa que eſt de neceſſitate. vt officium clericis. ⁊ huiuſmodi.

¶ Utrū oro̅ dēat eſſe vocalis. R̄. ſꝫ Ri. vbi. ſ. q. iij. ꝙ duplex eſt oro̅. Quedaꝫ cōis. ſ. que per miniſtros eccleſie in pſona totius populi deo offertur. ⁊ talis debet innoteſcere populo pro quo offertur vt excitēꝛ̄ ad deuotionē: ⁊ ne poſſit ſuſpicari in miniſtris eccleſie illius oratōis omiſſio. ⁊ ideo talis dꝫ eſſe vocalis. Alia ē oro̅ ſingularis pſone. ſ. que offerꝛ̄ ab hoīe: inq̄ȝtuꝫ eſt ſingularis pſona: ſiue ꝓ ſe oret: ſiue ꝓ alio. ⁊ talis oro̅ q̄ȝuis nō ſit neceſſariū ꝙ ſit cū ſenſibili voce: niſi ad hoc hō ſit obligatus ex voto tn̄ q̄nq̄ȝ expedit ad meritū: vt mentali adiūgatur vocalis: vt p vocalem feruor cordis amplius exciteꝛ̄. Ex quadam enim naturali vnione aīe ad corpus motus corporis diuerſimode affectiones aīe excitant ⁊ imutant. Si tamen in caſu vocalis oro̅ remitteret interiorem feruorem: tunc non eſſet vocaliter orandū orōne ſingulari. q̄nq̄ȝ etiam ex exceſſu feruoris mentis ꝓrumpit hō in vocalem orōnem. Pōt etiam fieri vocalis oro̅ ad redditionē debiti. vt vꝫ hō ſm totū ꝙ habet deo ſeruiat. Et illud Matt. vi. Orantes nolite multum loqui. Intelligendū eſt ſm Aug. ad ꝓbā. ꝙ nō eſt loquendum multū. ſ. vt multa locutio ſit efficax ad exauditionē quo eloquentiores erimus. qꝛ deus principaliter ad intentionē aſpicit. Propterea ſubiunxit Aug. ibidē non deeſt multa precatio: ſi feruens pſeuerat intentio.

¶ Quarto requirit oro̅ ꝙ fiat cū bona intētōe ⁊ feruenti. Sꝫ h̄ queriꝛ̄. Utrū oro̅ vocalis ſine mentali attentiōe ſit efficax. R̄. ſm Ri. vbi. ſ. q. vi. ꝙ triplex eſt efficacia orōnis. Prima eſt in merēdo ſeu ſatiſfaciendo. Scḋa ē in impetrādo. Tertia eſt orantē ſpūalit ⁊ ſenſibiliter reficiēdo. Un̄ nullā iſtaꝝ hꝫ vocalis oro̅: niſi eā ꝯcomiteꝛ̄ cōcors meditatio. Moralis eni nō eſt actus exterior: niſi p cōparationē ad actū vōis interiorē. Aduerte tn̄ ꝙ intētio debita ⁊ actualis ſi adſit in prin° vocalis orōis. lꝫ poſtea mēs euageꝛ̄: niſi talis euagatio interrūpat primam intentionē p ꝯriā intentionē ſic ē meritoria ⁊ impetratiua oro̅ vocalis ſine attentōe p virtutē prime intentiōis. ſic cū qs p bonā intentiōꝫ incipit peregrinari vel elemoſynā dare: totū ſequēs eſt meritoriū virtute itentōis pric. q̄ȝuis ceſſet ſua intentio actualis. Sed talis oro̅ ſine attentōe nō hꝫ tertiā efficaciā. ſ. ſpūaliter reficiēdi orantē: niſi q̄ȝdiu eā cōcomitaꝛ̄ attentio actualis. Et ſic itelligiꝛ̄ illud. i. Chor. xiiij. Si orem lingua: et ſpūs meus non orat mens mea ſine fructu. ſ. ſpūalis refectionis. 10

¶ Sꝫ q̄n diceꝛ̄ p euagationē interuenire ꝯriā intentionē. R̄. lꝫ Ri. nō declaret. Dic ꝙ tūc q̄n hō voluntarie alia cogitat nō ptinētia ad orōnem. Et de hoc vide. ſ. More. §. xxvi. Et quō ē pctm̄. Un̄ dicit Cypri. de orōne dn̄ica. Quō audiri te a deo poſtulas: cū ipſe te nō audias. Et Ber. cauſamur nobis deeſſe grām: ſed iuſtius ipſa grā cōqueriꝛ̄ nōnullos deeſſe ſibi. Et Caſſianus. Nunq̄ȝ orat quiſquis etiā flexis genibus: ſi vagatione diſtrahiꝛ̄. Propterea dicit Cypri. Nihil aliud cogitet alius q̄ȝ id ſolū qḋ precatur. Facit de ꝯſe. di. i. c. q̄n aūt. ⁊ di. v. nūq̄ȝ. Et eſt etiā aduertendū ꝙ triplex pōt applicari intentio orōni vocali. ſ. aut applicando eā ad verba que dicunꝛ̄. aut ad illud qḋ petiꝛ̄. aut ad illū cui oro̅ porrigiꝛ̄ ⁊ quocūq̄ȝ iſtoꝝ modorū adſit intentio nō eſt inefficax oro̅ ad ſatiſfaciendū. Et ego dico nec ad impetrandū vel reficiendū. Sed ſcḋa intentio melior eſt q̄ȝ pria. ⁊ tertia q̄ȝ ſcḋa. Un̄ Hugo de virtute orandi. Pura inquit oro̅ eſt q̄n ex abundantia deuotionis ita mens accendiꝛ̄: vt cū ſe ad deū poſtulandū ꝯuertiꝛ̄ pre amoriſ eius magnitudine ēt petitionis ſue obliuiſcaꝛ̄. Nā aliq̄n nimia attentio ad verba poſſit eſſe impeditiua orōnis ſ. q̄n hō vult nimis in particulari cogitare de verbis. qꝛ ſm phum. ij. topicoꝝ. Nō poſſumꝰ multa cogitare ſil. vn̄ ſufficit ꝙ prima intentio 11

ſit talis q̧ ſufficiat ad integram informationē verboꝝ. Et iō Hugo vbi.ſ.dicit. Oratio perfecta eſſe oīno nequit ſi eā meditatio nō cōcomitetur aut precedat. His oībus cōcor. Tho. vbi.ſ. De hoc vide Hore.§.xxvi.

12 ¶ Quinto requirit oratio q̧ vtilia ad ſalutem petat: ⁊ ſic eſt petere iuſte.

13 ¶ Vtrū ſit aliqđ determinatū petēdū in orōe. R. ſm Ri. vbi.ſ.q.iiij. Quedā ſūt quib⁹ ñ poſſumus male vti. ſicꝫ virtutes: grā: ⁊ gloria. ⁊ talia determinate petenda ſūt in orone. Quedā ſunt quib⁹ poſſumus vti bñ ⁊ male: ſicꝫ hr̄e diuitias: filios: vxorē: ⁊ hmōi. ⁊ talia nō ſūt determinate petenda in orone: ſed ſub ꝯditiōe. ſ. ſi de⁹ ꝓuidet illa ad ſalutē nrāꝫ vtilia. Quedā ſūt quib⁹ vti bñ nō poſſum⁹. ſicꝫ pctis ⁊ hmōi malis: ⁊ talia nō ſūt a deo petenda in orone.

14 ¶ Sed cur aliquid petimus cū deus ſciat q̄ indigemus. R. ſm q̧ dicit Aug. in epl'a ad ꝓbā. Ille qui nouit qd nobis neceſſariū ſit priuſq̧ petimus nō voluntatē nr̄am vult ſibi ꝑ petitionē nr̄am innoteſcere: qꝛ eā nō pōt ignorare ſed vult exercere in oībus deſideriū nr̄m q̄ poſſum⁹ capere qđ ipſe preparat dare. hinc ⁊ Gre. xxiij.q.iiij. Obtineri inquit nequaq̧ pñt: que predeſtinata ñ fuerūt: ſed ea que ſcti viri orando efficiūt ita predeſtinata ſunt vt precib⁹ obtineanť. ergo nō oramus vt deus aliquid ſciat vel vt eū imutemus: ſed vt obtineamus qđ voluit precibus obtineamus.

15 ¶ Sexto q̧ ꝯſtāter fundatus in fide petat. vñ Jaco.i. poſtulet aūt in fide nihil heſitans.

16 ¶ Septimo q̧ petat pſeueranter.

17 ¶ Vtrū orō ſit ſemꝑ meritoria. R. ſm Ri. vbi ſ. q̧ nō. qꝛ merito debeť merces ſm iuſticiā. ⁊ ideo orō facta in peccato mortali nō eſt meritoria ꝓprie loquendo de merito. Addo etiā q̧ nō eſt meritoria q̄uis nō fiat in pctō mortali: ſi nō adſit debita attentio ſaltem actualis in prin⁹ ſm cōmunē opinionem Theolo. in.ij di.xli. Si tñ talis attentio adeſt erit meritoria niſi interrūpať: vel niſi in orone neceſſaria. puta in officio reſpectu clericoꝝ ſit notabilis negligentia in reprimendo vagationes. qꝛ ſic eēt pctm̄. de quo.ſ. Hore.§.xxvi.

18 ¶ Ad quid valet orō ſiue de eius effectu. R. q̧ valet ad vincēdas tentatiōes. Vñ Hiero. ſup Mat.xiiij. in tētationē intrat q orare negligit. Scđo ad augmētanda merita. Tertio valet ad impetrādū poſtulata. vt pꝫ ex ſupdictis. Quarto valet ad vincēdos hoſtes. xxxvi. di.c. vlti. de Moyſe qui orās vincebat hoſtes. Quinto ad ſecretoꝝ diuinoꝝ reuelationē. viij.q.i. ſi ergo. Sexto ad celeſtiū deguſtationē. vñ ſine ipa nō guſtantur diuina.

¶ Vtrū ſemꝑ exaudiať. R. ſm Ri. vbi.ſ.q.vij 19 q̧ ſi fit ꝓ ſe ⁊ debito mō ſemꝑ exaudiť. ſed nō ſemꝑ ſtatim: ſed ꝓ illo tpe quo diuina miſericordia conſpicit exauditionē vtiliorē eſſe oībus penſatis. Aut ſi ꝓ alijs: ⁊ ſic nō ſemꝑ exaudiť. Aug. omel.cij. ſup Jo. dicit. Exaudiūť oēs ſcti ꝓ ipſis nō aūt ꝓ oībus exaudiunť. Subdit tñ quanto digniores fuerint orantes ꝓ populo: tanto facilius in neceſſitatibus ꝓ quibus clamant exaudiunť. Hoc eni nō ꝓuenit ex defectu oronis: vt nō exaudiať pro alio orans debito mō. ſed ꝓpter indiſpoſitionē illius ꝓ quo orať. qꝛ obſtinat⁹ forte. vñ Raban⁹ ſup Mat. xxi. Quotienſcūq̧ orantes nō exaudimur. iō fit qꝛ ꝯ auxiliū nr̄e ſalutis petimus: vel qꝛ eoꝝ ꝓ quib⁹ petimus ꝑuerſitas ne impetrem⁹ obſiſtit: vel in futurū petitionis defertur effectus vt deſideria creſcant ⁊ perfectius gaudia capiant que requirunt. Hec ille.

¶ Vtrū orō ſit in precepto ita q̧ quilibet tene 20 atur. R. ſm Vldericū q̧ ſic ad orōnē mentalē. Et ego q̧ ēt ad vocalē teneť impfecti ⁊ cōes hoīes. qꝛ mētalē orōnē nō poſſent hr̄e ſine vocali. ⁊ q̧ orō ſit de precepto oībus Probo ſic. Hō teneť de iure naturali ad oīa illa q̄ recta rō dictat nō poſſe ſine ipſis ſalutē cōſeq pꝫ ea neceſſitate qua quis vult aliquid ea neceſſitate vult illud ſine quo tale quid nō pōt hr̄e ij. phicoꝝ. Finis imponit neceſſitatē his que ſunt ad finē. l. orō. ff. de ſpon. ſed hō nō pōt ſalutē cōſequi ſine orōne. ergo ad eā teneť de neceſſitate. Et q̧ hō nō poſſit ſaluari ſine orōne pꝫ. Nā ſm aplm ad phil. Nō ſumus ſufficientes a nobis ēt bonū cogitare. ergo multo min⁹ opari niſi ex grā dei nobis doneť poſſe qđ gdē nō donat regulariter adultis: niſi petant ꝑ argumentum a ꝯrio. Jo. vi. Petite: ⁊ accipietis. Facit. xxiij.q.iiij.c. obtineri. ergo cū ſine bona opatione nullus poſſit ſaluari. qꝛ habitabit in tabernaculo dei q opať iuſticiā ſm. pſ. ⁊ bona opatio nō poſſit eſſe ſine orōne. ergo ꝓpoſitū confirmať. Exodi.xx. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. qđ ſine orōne fieri non pōt. Item Luc.xviij. Oportet ſemꝑ orare. Sup quo Criſo. dicit. Oportet neceſſitatē dicit. Corroborat exemplo in practica qua cōiter hoīes nō timēt deū: qꝛ nō habent orōnē. E cōtrario ſi eſt aliqs

timor dei inuenies in habente grām orōnis. Merito ergo dicit Hiero.vbi.s̄.In tentatōꝝ intrat q orare negligit. Et sup illud Mat.xvij Hoc genus demonioꝝ nō eijcit̄ nisi in orōne ꝛ ieiunio. Nō sanat oculū qd nō sanat calcaneum. Ieiunio sanant̄ pestes corporis. orōe vo pestes mentis. Sed aduerte ꝙ istud preceptū de orōne est affirmatiuū qd solū obligat ꝑ sp: aliqs plus:aliquos minus. Quanto eni quisqꝫ est debilior:tanto magis indiget auxilio orōis Et iō certa meta vel hora nō est determinata sed tn̄ glibet de precepto tenet̄ qn̄tū iudiciū sue rōnis dictat sibi fore necessariū orare vt a pctis desistat ꝛ in bono pseueret. Clerici tn̄ ꝛ religiosi hn̄t determinatū modū ꝛ tps orōnis de quo.s̄.Hore. Silr illi quibus in pnia per confessorem est iniunctū:vel qui ex voto haberent. Alij.aūt nō videntur habere determinatum tps.nisi ꝙ sm.S.Tho.in.iiij.di.xv.Seculares tenentur diebus festiuis diuinis officijs interesse:vt ministris ꝑ populo orantib⁹ suam intentionē conforment.

¶Que orō est efficacior.R.sꝫ Ri.vbi.s̄.q.viij ꝙ orō dn̄ica.ꝙ ostendit. Primo auctoritatis dignitas:qꝛ xp̄s eam fecit:ꝛ discipulos docuit Mat.vi. Secundo sententiosa eius breuitas. Tertio petitoꝝ vtilitas. Nam oīa que desiderare debemus ꝛ petere in hac continent̄. Vn̄ Aug.ad ꝓbā.Lꝫ alia verba dicamus orando nihil aliud tn̄ dicimus q̄ꝫ quod in ista orōne positum est.si recte ꝛ cōgruenter oremus. Vn̄ aduerte ꝙ eo ordine posita sunt quo desiderare ꝛ petere debemus. Exhibet̄. Primo reuerētia illi cui porrigenda est oratio.cū dr̄. Pater noster qui es in celis:in quo captat beniuolentiam dei orans. Secundo qꝛ finis magis desiderat̄ q̄ꝫ que sunt ad finē. Iō primo petuntur que respiciunt finē q̄ꝫ que sunt ad finē. Respicientes finē sunt due petitōes. Prima est.sanctificetur nomen tuū. Hoc est sm Aug.li.ij.de sermone dn̄i in mōte:cū dicimus. Nos admonemus desiderare:vt nomen eius qd sp est sanctum:etiam apud hoīes sanctū habeat̄.hoc est nō ɔtēnat̄: qd nō deo:sed hoīb⁹ ꝓdest. Scd̄a est. Adueniat regnū tuū.vn̄ sm Aug.vbi.s̄.in hoc excitamus desideriū nostrū ad illud regnū vt nobis veniat: ꝛ in eo regnare mereamur. Vn̄ p primā petimus vt deus ab hoībus glorificet̄.p scd̄am vt ad eius gloriam veniamus Petitiones respiciētes que sunt ad finē. Quedam sunt respectu boni: que sūt due. Prima est. Fiat volūtas tua:sicut in celo ꝛ in terra. In qua sm Aug.vbi.s̄.petit̄ meritū quo beatitudinē mereamur: quod consistit in obediendo mandatis dei.ꝛ ideo sicut ab angelis in celis fit dei volūtas:sic ꝛ a nobis in terris p verā obediētiā. Scd̄a est. Panē no.quo.da no.ho. In qua petitur victus quotidianus ad sustentationē necessari⁹.vel victus aīe.i.eucharistie sacramentū tanq̄ꝫ instrm̄ quo possumus nos iuuare. Quedā petitio est respectu male culpe. ꝛ hec est. Dimitte.n.d.n.s.ꝛ.n.d.de.nostris. Vn̄ Aug.vbi.s̄.debita peccata dici manifestū est.ꝛ in hoc admonemus nos quid facere debeam⁹ vt remissionē pctōꝝ habeamus. sm Aug. ad ꝓbā.vt ibi.sicut ꝛ nos di.de.nr̄is. Quedam est que respicit mala inclinantia nos ad pctm̄ que est. Et ne nos indu.in tē.qd n̄ ita intelligit̄ vt nō pmittat nos tentari. qꝛ qn̄qꝫ hō in tentatione ꝓbatur ad bona ꝛ humiliat̄ ad deum. Sed sic intelligit̄ vt nō deserti diuino adiutorio alicui tentationi:vel consentiam⁹ decepti: vl' cedam⁹ afflicti.sm Aug.ad ꝓbā.ꝛ iō aliud est tentari:aliud est in tentationē induci. Quedam respiciunt malū pene que est. Sed libera nos a malo. In quo admonem⁹ nos sm Aug. vbi.s̄. Nōdū nos esse in illo bono: vbi nullū patiemur malū. Vnde de hac orōne dicit Isi. i.lib.de sum.bono.c.xxij. Fidei symbolū ꝛ dn̄ica oratio ꝑ tota lege paruulis ecclesie ad celorū regna sufficit. Et Aug.in ench.c.xv.de quotidianis ꝛ breuibus leuibusqꝫ pctis:sine quib⁹ vita nō ducit̄ quotidiana orō fideliū satisfacit Eorum enim est dicere. Pater noster ꝛc̄.

ORatorium priuatuꝫ glibet in domo ꝑpria hr̄e pōt:sed nō dꝫ habere formā ecc'ie: nec ibi aliquis dꝫ celebrare:nisi sit priuilegiat⁹ vel de licentia ep̄i.aliter dꝫ deponi celebrans. de conse.di.i.vnicuiqꝫ.ꝛ.c.clericos.ꝛ.c.si quis.

¶Qua imunitate gaudet. vide Immunitas. §.xxvi.ꝛ in quo differt ab eccl'ia.vide.s̄. Ecclesia.§.iij.

ORdo primo sm Hugo.de san.vic.est signaculū quoddā in q̄ spūalis ptās ꝛ offm̄ tradit̄ ordiato ꝛ sm. S.Bo.in.iiij.di.xxiiij.signaculū hic stat ꝑ signaculo in aīam diuinitus impresso.

¶Quot sunt ordines.R.ꝙ sunt.vij. vt habet̄ p magrm̄ in.iiij.di.xxiiij.c.i.s. Hostiariat⁹:Lectoratus:Exorcistatus:Acolitatus:Subdiaconatus:Diaconatus:Presbyteratus. Prima

toſura enim nō eſt ꝓprie ordo:ſed diſpoſitio
ad ordines.ſm Ri.eadem di.Facit.xxiij.di.de
pſalmiſtatu.Qui pſalmiſtatus idē eſt qđ pri/
ma tonſura. Et in hoc ꝯcordant cōiter Theo/
logi.ſed canoniſte tenent q̄ ſunt nouē ordineſ
ſm nouē ierarchias.ſ.prima tonſura ſeu pſal/
miſtatus:ꝛ ordo ep̄alis. Et q̄ prima tōſura ſit
ordo:eſt tex.in.c.cū cōtingat.ꝛ ibi do.Anto. ꝛ
canoniſte.de eta.ꝛ qua.or.Similiter q̄ ep̄atuſ
ſit ordo:ꝛ q̄ imprimat̄ character iudicio meo.
Facit inconuincibiliter tex.in.c.i.de ordinatis
ab ep̄o:qui epiſcopi ꝛc.vbi pꝫ q̄ lꝫ reſignauerit
nihilominus confert ordines.lꝫ non execution/
nem q̄ non poſſet ſi characterem indelebilem
non impreſſiſſet ordo epiſcopaliſ.ꝛ ſic ſm cano
niſtas erunt nouem ordines.ꝛ de eorum offi/
cijs vide in ſuis titulis.

2 ¶ Vtrum in omni ordine imprimatur chara/
cter.R.ſm Ri.vbi.ſ.q̄ ſic.ꝛ quid ſit vide ſup̄
Character.

3 ¶ Sed nunqd preexigit̄ character baptiſmi.R
q̄ ſic.de neceſſitate.c.veniens de pre.non bap.
Secus de ſacro confirmationis. q: non con/
firmatus ſi ordinet̄ recipit characterē ordinis.

4 ¶ In quo actu imprimit̄ charact̄ in q̄libet ordi
ne.R.ſꝫ Ri.vbi.ſ. Pro generali regula tenē
duꝫ eſt q̄ in ſuſceptione illius exterioris ſigni
imprimit̄ character in quolibet ordine:in quo
ſigno principaliſ ptās quā reſpicit ille ordo ſi/
gnificat̄ expreſſus:ad quā cōcurrunt alicuius
inſtr̄i traditio ꝛ Vbi expreſſio:q̊ verbo exp̄ſſi⁹
determinat̄ inſtr̄i ſignificatio. Et iō q: p̄ncipa
lis ptās:quā reſpicit ordo Hoſtiarij expreſſi⁹
ſignificat̄ in clauiū Eccleſie datione q̄ꝫ in aliq̊
alio:qđ circa ipſum fiat. Et ptās lectoris in h̄
q̄ ab ep̄o ſibi tradit̄ codex lectionū diuinarum
Et ptās exorciſte p̄ hoc q̄ de manu ep̄i recipit
librum exorciſmoꝝ.ideo in coꝝ datione impri
mitur. Et ptās acoliti ſm.S.Bo.Ri. ꝛ Pe.
ꝛ alios reſpicit principaliter portare cereos. ꝛ
iō imprimitur p̄ hoc q̄ accipit candelabrū de
manu ep̄i.Alij dicunt vt Tho. q̄ imprimitur
p̄ hoc q̄ traditur vrceolus.q: principalius per
id ſignificatur eius poteſtas. Sed verius eſt
primū vt patet.xxi.di. Cleros. vel dic q̄ vtruꝫ
qꝫ debet accipere.vt in.c.Acolitus.xxiij.di.ꝛ i
c. perlectis.xxv.di.

5 ¶ Sꝫ querit̄ an requirat̄ q̄ talia inſtr̄a accipiā
de manu ep̄i.R.q̄ nō de neceſſitate ſm Ri. in
iſtis ordinibus minoribus. ſed ſufficit poſtq̄ꝫ
ſūt ab ep̄o inſtructi qualiter in officio ſuo dēt
agere:inſtrumentū accipiant ab archidiacono
de mandato epiſcopi ꝛ voluntate:in cuius ac/
ceptione imprimitur character: q: inſtrumēti
traditio principalius eſt ab ep̄o q̄ꝫ ab archidia
cono. Et ꝓ iſta opinione eſt tex.in.c.acolitus.
xxiij.di. In maioribus bene oportet q̄ de ma/
nu ep̄i.xxiij.di.c.vij.diaconus.

¶ Poteſtas ſubdiaconi pꝫ p̄ hoc q̄ accipit de 6
manu ep̄i patenam ꝛ calicem vacuū.ideo in h̄
imprimit̄ character.q: principalis actus eius
eſt vaſa dn̄ici corporis:ꝛ oblatiōes offerre dia
cono. Et legere epiſtolam eſt ſecundari⁹ actus
non principalis.ꝓpterea legitur etiam a non
ſubdiacono.poteſtas diaconi nō poteſt expri/
mi q̄ꝫtum ad eius principalē actum:qui eſt po
teſtas portandi corpus xp̄i in patena:ꝛ diſpē/
ſandi corpus xp̄i.ꝛ ideo exprimitur q̄ꝫtum ad
eius actū ſecundariū in traditione libri euāge
lioꝝ:i qua imprimit̄ character ſm Ri.ꝛ Tho.
Alij dicūt q̄ imprimit̄ character in man⁹ ep̄i
impoſitione.vt.S.Bo.ꝛ Pe.ꝛ ꝓ hac opi.fa/
cit.xxiij.di.c.diacon⁹.iuncto.d.c.cleroſ. Pote/
ſtas ſacerdotis confert̄ qn̄ ab ep̄o dr̄.Accipite
ſpūm ſctm̄:quoꝝ ꝛc̄.ꝛ huius opi.eſt.S.Bo. ꝛ
Pe.Alij.dicunt vt Sco.in.iiij.di.xxiiij.q̄ ibi
ſunt due forme partiales. In quaꝝ altera con
fertur ptās cōficiendi eucariſtiā. In reliqua
ptās abſoluendi in pn̄ia.ꝛ iſtis ꝯiungunt̄ due
materie. hoc eſt duo ſigna viſibilia. Propria
forme prime eſt traditio calicis ꝛ patene cum
hoſtia:ꝛ vino:ꝛ verbis.accipe ptātem celebrā
di ꝛc̄. Secūde forme eſt impoſitio manus ep̄i
ſuper caput cū verbis.Accipe ſpm̄ ſctm̄. vt ſic
ep̄s concorditer agat ſūmo ep̄o xp̄o:qui prius
contulit ꝑtātem apoſtolis cōficiendi q̄ꝫ abſol
uendi.hec ille. Et hoc credo verius quo ad pri
mā materiā correſpondentē prime forme.Sꝫ
quo ad ſecundā materiā correſpondentē ſecū/
de forme que eſt manus impoſitio ep̄i cū illis
verbis accipite. Non credo q: tex.in.c.vlti. de
ſacra vncti.innuit.q̄ manus impoſitio nō eſt
de ſubſtantia forme.q: ſi omiſſa fuerit non dꝫ
reiterari:ſed ſuppleri: nec ſil'r predicta verba
accipite.q: ſunt quedā paſtoralia que ip̄ſa nō
h̄nt:ſed h̄nt alia verba qn̄ imponitur manus.
Ep̄atus Vo ordo quo ad characterē ſuſcipit̄ i
vnctione capitis ex criſmate. Sed hoc nō eſt
verū p.c.vnicū in prin.de ſacra vnc. vbi dicit
ſupplēdū qđ eſt omiſſū. Imprimit̄ ergo ex im/
poſitione manuū ep̄oꝝ ſup̄ caput eius vt pōt
elici ex.c.ep̄s.iuncta glo.xxiij.di. Nec ob.c.vlt.

de ſacra.nõ ite.qꝛ loquitur de impoſitõne que
fit diacono ⁊ ſacerdoti que non eſt de eſſentia
pſalmiſtatus:ſeu prima tonſura que cõfertur
cũ ei capilli abſcinduntur.

7 ¶ Que ſunt neceſſaria in quolibet ordine.℟.
ꝙ vt colligo in diuerſitate doctorũ dicendum
eſt ꝙ omia ſtatuta in paſtorali dñt intelligi ita
neceſſaria ꝙ ſi aliquid omittaꝛ nihil fiat:⁊ ne/
ceſſario totũ ſit iterãdũ:niſi omiſſa ſint de illis
de quibus in iure eſt expreſſũ ꝙ nõ ſunt de ne/
ceſſitate.vt vnctio.vt in.d.c.vnico.de ſacra vn
cti.Et manus impoſitio in ordinatione diaco
ni vel preſbyteri.d.c.vlti.de ſacra.nõ iterã.Et
quedã orationes alie ab illis q̃ dicunꝛ qñ aliq̃
inſtrã tradunꝛ. Et quedã alia forte minima q̃
ex ſe patent nõ eſſe de ſubſtantia ordinis:ſicut
ꝙ ſit genuflexus:⁊ ſilẽtia:que magis ſunt ad de/
uotionẽ excitandã. Item temp⁹.de tempo.or.
c.ſane.Item etas.di lxxvij.ſubdiaconus.Itez
ꝙ ab epõ proprio recipiat:⁊ non ſimul plures
accipiat de ſacra.nõ iteran.c.i.⁊ vlti. Item ꝙ a
latino vel greco epõ recipiantur.de tempo.or.
c.ꝙ tranſlationẽ.Item miſſa in minoribus or
dinibus ⁊ huiuſmodi.

8 ¶ Sed nunquid tactus corporalis inſtrĩ ſit de
ſubſtantia ordinis.Tho.in.iiij.di.xxiiij.tenere
videꝛ ꝙ ſic:⁊ verius credo.q̃uis alij dicant ꝙ
ſolũ porrectio inſtrumẽti:⁊ manus extẽſio ſit
de ſubſtãtia.ar.l quõ mõ.ff.de acquiren.poſſeſ,
qꝛ in ſacramentis requiritur tactus corporaliſ
vt patet in baptiſmo:vnctõne ⁊ hmõi.Et hoc
patet in paſtorali.ſecus dicunt quidã de impo
ſitiõe manuũ.qꝛ nõ requiriꝛ tactus.ſed Hoſ.
⁊ Io.tenent ꝙ ſimiliter eſt neceſſarius p.c.fi.
de ſacra.nõ iteran. Ego teneo ꝙ lꝫ in impoſi/
tione manuũ nõ tangat ꝙ non ſit aliquid ſup/
plendũ. Et ſimiliter in inſtrumentis in quib⁹
character ex eorum traditione nõ imprimitur
ſed ſufficit porrectio.lꝫ ſit melius tangere. Se
cus in traditione inſtrumentorum:ex quo cha
racter imprimitur.

9 ¶ Sed nunqd oportet tangat ambabus mani
bus.Item oia.puta patenã ſimul cum calice ⁊
hmõi.℟.ꝙ nõ credo:ſed ſufficit ſolum tangat
modicũ quid alicuius rei que nullũ itermediũ
diſcontinuans habeat ad totũ.ar.c.vnici.de cõ
ſe.eccleſie li.vi.

10 ¶ Utrũ ſufficiat traditio euangelioꝝ ꝓ libro
exorciſmoꝝ: vel ſuperpelliciũ pro dalmatica ⁊
hmõi.℟.ꝙ nõ.niſi in eodẽ libro cõtinerentur
oia ſimul: ⁊ tunc haberet intentionẽ tradendi
illũ librum qui ptinet ad illũ ordinem.

¶ Quid ſi epõs facit actus ⁊ alius dicit verba: 11
vel ecõtrario.℟.nihil valet.qꝛ ſacrã ſunt vni/
tatis:que diuidi non poſſunt.de conſe.di.ij.qꝛ
paſſus.⁊.xxiiij.q.i.loquitur.Fallit hoc in mino
ribus ordinibus.vt dictum eſt.

¶ Utrũ requiraꝛ neceſſario expreſſio verborũ 12
cũ traditione inſtrĩ.℟. ſm Inno.in.c. preſbyt
de ſa.nõ ite.q ſic.ita ꝙ ſi pars illiuſ orõnis ſit
de miſſa a capite eſt incohoanda.⁊ bene.qꝛ ma/
teria cuiuſlibet ſacrĩ eſt inſtrĩ traditio. forma
vero eſt expreſſio verboꝝ.

¶ Quid ſi aliquid ſit omiſſũ.℟.ꝙ ſi omiſſũ ſit 13
de neceſſitate ſeu ſubſtantia ordinis ſic totũ ẽ
iterandũ. Si vero nõ ſit niſi de bene eſſe. vt ea
que nõ ſũt de neceſſitate:ſic in alia ordinatiõe
eſt ſupplendũ.⁊ ab eodẽ qui prius ordinauerat
ſi põt:⁊ nõ ab alio.ſꝫ Inno.vbi.ſ. Niſi qñ pri
mus non poteſt pficere:nec ante ſuppletioneꝫ
põt exequi ea que ſunt illius ordinis.ar.lij.di.
ſolicitudo.hec ex Inno. ⁊ Io. ⁊ Hoſ.in.d.c.
preſbyter.nec poterit talis ſuppletio fieri niſi
tpe debito ad ordinationes tenendas.ar.prefa
ti.c.ſolicitudo.

¶ Sed quõ ſupplebiꝛ qñ aliquid eſt omiſſũ.℟. 14
ſi erat de ſubſtantia.vel dubiũ.an ſit de ſubſtã
tia ſm Inno.vbi.ſ.totũ replicabiꝛ.Si vero cer
tum eſt ꝙ non erat de ſubſtantia tunc indut⁹
qñ ordines dantur veniet ⁊ accipiet quod eſt
omiſſum ſolum. Propterea qui nõ habuit im
poſitionẽ manuũ ſm Io.ſolũmõ eã accipiet
qꝛ ſm eũ non eſt de ſubſtantia.vt dictũ eſt. Et
ſi quis preſbyter in ſua ordinatione habuiſſet
impoſitionẽ manuũ:ſed nõ fuiſſent dicta pre/
dicta verba.accipe ſpiritum ſanctũ ⁊c̃.ſed alia
ſm aliqua paſtoralia epõrum:tunc nihil iterã
dum eſt vel ſupplendum.

¶ Utrũ in collatione ordinuꝫ conferatur grã 15
gratum faciens.℟.Ri.in.iiij.di.xxiiij.ꝙ ſic.ſi
ſuſcipiatur digne.

¶ Utrũ character vnius ordinis de neceſſita/ 16
te preſupponat characterẽ alterius ordinis.℟.
ꝙ nõ.ſm cõiter doct.in.iiij.di.xxiiij. Sed quo
ad executionem ſic.de quo dic vt.ſ. Irregula/
ritas.i.§.xxxvi.

¶ Utrũ ordo liberet a fortuna ſeruili.℟.ꝙ ſic 17
epõatus vel ſacerdotiũ ſiue ſit ſeruilis:vel aſcri
ptitia:vel curialis.xlv.di.ſeruus ſi ſciente.

ORdo ſcdõ a quo poteſt dari. ℟.
ſm Io.in.c.cũ contingat
de eta.⁊ qua.⁊ ſequiꝛ Pa.in.c.quanto

de cõſue.ꝙ prima tonſura que clericatus dicit
vel pſalmiſtatus qui idem ſũt põt dari a quo/
cunqȝ ſacerdote parrochiali ſuis ſubiectis.Et
iſtud tȝ Hugo. Ray.Jo.Inno. ⁊ ẽt Archi.in
c.nullus ẽps.de tempo.or.li.vi.Hoſt.tenet ꝙ
nõ poteſt.Et ſic videt hẽc vſus eccleſie roma/
ne.Ego cũ Jo.an.in.d.c.cum contingat.dico
ꝙ ſi habet ſupra laicum quaſi ẽpalem iuriſdi/
tionẽ poteſt.c.abbates.de priui.li.vi.ſi non hȝ
ſic nõ poteſt.Et hoc ſequit do.Anto.in.d.c.cũ
contingat.Abbas Vo ſi eſt preſbyter:⁊ ab ẽpo
benedictus vel recuſatus bñdici põt dare tres
ordines minores.ſ.clericatũ vel primã tonſu/
ram:hoſtiariatũ:⁊ lectoratũ in ſuo mõaſterio
⁊ ſuis mõachis:ſeu illis qui vt efficiant mona
chi illuc acceſſerũt.⁊ etiam ſecularibus oĩbus
ſup quibus hȝ quaſi ẽpalem iuriſditionẽ.lxxi.
di.c.i.⁊.ij.Et etiam in alio monaſterio poteſt
eos inferre ſi eſt inuitatus ab eoꝝ abbate:⁊ il/
lud monaſteriũ ſit exemptum:alꝰs non.ar.lxix.
di.c.i.Tenet tamen Jo.lxix.di.§.i.⁊.c.i.ꝙ ho/
die abbas prefatus poteſt ẽt dare alios duos
minores.ſ.exorciſtatum:⁊ acolitatum.Et hoc
ſequitur Ho.⁊ do.Anto.in.d.c.cum cõtingat
de hoc no.in.c.Abbates.de priui.li.vi.Epiſco/
pus Vo poteſt dare omnes ordines omnibus
de ſua dioceſi oriundis:aut qui in ſua dioceſi
habent domicilium vel beneficium:aut de li/
centia epiſcopi cuius eſt ſubditus ordinandus
Vel capituli ſede vacante:vł vicarij generalis
epiſcopo in remotis agente:vel ſui prelati ſi ſũt
religioſi exempti.hec no.in.c.nullus.de tempo.
or.li.vi.

i ¶ Sed quid ſi ſacerdos vel ẽps aut abbas or/
dinat aliquem non ſibi ſubditũ.vt.ſ.dictũ eſt.
R.ſm Inno.in.c.i.de ſupplẽ.negli.prela.ꝙ ni
hilominus character confert.ar.ix.q.ij.lugdu
nenſis.De pena Vo tam ordinantis qȝ ordi/
nati.vide.ſ.Irregularitas.i.§.xxxij.

2 ¶ Vtrũ papa poſſit dare licentiam nõ epiſco
po cõferẽdi ordines ſacros.R.Inno.in.c.quã/
to de cõſuetudine ꝙ ſic.dũmodo ille cui datur
talis licentia habeat ipſos ordines:quos alteri
vult dare:alꝰs non.

3 ¶ Vtrũ ẽps qui reſignauit ẽpatum:vel degra/
datus:hereticus:aut excõicatus eſt:cõferre poſ
ſit ordines.R.ſȝ Ri.vbi.ſ.di.xxv.ꝙ ſi fuit le/
gitime ẽps ordinatus:⁊ ꝯfert ordines ⁊ chara
cter imprimit.ſed ñ executio.⁊ de hoc vide.ſ.Ir
regularitas.i.§.xxx.⁊.xxxi.mortaliter tñ pec/
cant ſcienter a talibus ordinẽ ſuſcipientes ſm

eundem Ricar.vbi.ſ.Et ſimiliter ſupradicti
ordinantes niſi in caſu.de quo.ſ.Irregulari/
tas.i.§.xxxi.

ORdo tertio quibus põt dari.R.
ꝙ oĩbus maſculis q a iure
nõ ꝓhibent ordinari.Mulieribus aũt
nullo mõ põt dari.Et ſi de facto detur nihil fit
qꝛ characterẽ nõ ſuſcipiũt.vt no.Ri.in.iiij.di.
xxv.ar.iiij.q.i.Nec ob.c.preſbr.⁊.c.mulieres.
xxxij.di.in quibꝰ vocat preſbra.⁊.c.diaconiſſã
xvij.q.i.c.ſacratas.xxiij.di.qꝛ nõ eſt ab ordine
ſed a prelatiõe dr abbatiſſa diaconiſſa:⁊ a viro
preſbytero dr preſbytera.vel a viduitate:⁊ ſa/
crate dicunt a voto ex quo ſe deo conſecrarũt
Quidam tñ dicunt ꝙ nec etiam illi qui nõ ha/
bent vſum rõnis ſũt capaces.vt no.Ri.vbi.ſ.
q.ij.Sed de hoc valde dubitarẽ:ſi daretur an
ſuſciperet characterẽ.⁊ potius tenerem ꝙ ſic.
ar.c.xpianus.⁊.c.ſilueſter.xi.q.i.⁊ qd no.in.c.
nullus.de tempo.ordi.li.vi.

¶ Sed qui ſunt qui prohibent ordinari.R.pri i
mo illi qui nõ habent debitam etatẽ.⁊ que ſit
reſpectu cuiuſlibet ordinis.vide.ſ.Etas.

¶ Secundo illitterati.vt in.c.nullus epiſcopꝰ 2
de tempo.ordi.li.vi.Vtrum autem ſuſcipiet
characterem ſi ordinetur.dic ꝙ ſic.ar.c.veniẽs
de preſby.nõ bapti.Et de hoc vide Clericus.
ij.§.i.⁊.ij.

¶ Tertio criminoſi.vñ exñtes in mortali non 3
debent ꝓmoueri.de tempo.or.c.ex tuarũ teno
re.⁊.c.ad aures.Et ſi notoria ſũt crimina mor
talia peccaret mortaliter eos ordinãs:alꝰs non
vt no.in.c.queſitum.de tempo.or.Ipſe tñ qui
ſuſcipit peccat mortaliter:ſiue ſit publicũ:ſiue
ſecretum.Et quotienſcunqȝ exhibet ſe vt mini
ſter eccleſie peccat mortaliter:⁊ totiẽs quotiẽs
huiuſmodi actum facit.Vnde qui tangit res
ſacras quaſi ex officio ſuo peccat mortalit.Se
cus ſi ex neceſſitate ⁊ ſic quilibet laicus facere
poteſt ſm Tho.in.iiij.di.xxiiij.facit ad hoc.c.
multi.xl.di.

¶ Sed nũquid ſufficit contritio.R.lȝ ſit diuer 4
ſa opinio nihilominus ego credo verius fore
ꝙ ſufficit excepto qñ vult dicere miſſam.de q
dic vt.ſ.Euchariſtia.ij.§.v.

¶ Quarto bigami.vt in.c.acutius.xxvi.di.⁊ de 5
bigamis.ſi totũ.de quo vide.ſ.Bigamia.

¶ Quinto ſolẽniter penitentes.l.di.c.ex peni/ 6
tentibus.⁊.xxxvi.di.illitteratos.de quo vide
penitentia.§.v.

¶ Sexto neophiti.xlviij.di.§.ꝓhibent.⁊.c.qm 7

⁊rō ponitur ibidem.c.ſicut.

8 ¶Septimo curiales q pp aliqd offm̄ curie ſūt obligati.li.di.c.i.ij.⁊.iij.liij.diſt.legem.abſoluti ꝟo a curia ñ ꝓhibēt.lxi.di.oſius. niſi al's ſint infames vel irregulares. vt in dictis iuribus.

9 ¶Octauo rōcinijs obligati.de qbus dic vt.j. Rōcinia.§.i.

10 ¶Nono ſerui.de iſtis dic.vt.j.Seruitus.§.iij ⁊.iiij.

11 ¶Decimo corpore vitiati.habes de hoc.ſ.corpore vitiatus.§.i.

12 ¶Vndecimo illegitime nati.⁊ quis dicat illegitimus.vide filius.

13 ¶Vtrū illegitimus intrans religionē poſſit ꝓmoueri.R.ꝙ ſic de iure cōmuni ſm Hoſtiē.⁊ Ber.in.c.i.de fi.preſby.ſed ad prelationem nō poteſt ſine diſpenſatione pape. de fi.preſby.c.is qui.li.vi.

14 ¶Quid ſi nō intrat religionem.vide.ſ. Irregularitas.i.§.liij.

15 ¶Vtrū diſpenſatio cū illegitimo vt ad clericatū vel ad ordines ꝓmoueat̄ debeat intelligi de oibus ordinibus.vide.ſ.Clericus.i.§.iij.

16 ¶Duodecimo peregrini ⁊ ignoti ordinari nō dñt.Peregrini ſūt q nō ſunt oriūdi de epatu. vel nō hñt ibi domiciliū aut bñficiū.vt in.c.cū null⁹.de eta.⁊ qua.ordi.li.vi.Ignoti ſūt quorū origo ⁊ vita ⁊ regularitas nō ē nota epo.xxiiij di.c.eps.⁊.ij.q.vij.querem.Nā peregrini ordinari nō dñt:niſi habeant lr̄as autenticas.vt.j. Peregrinus.§.iij.ſil'r ignoti. niſi prius examinatione preuia cognoſcantur.

17 ¶Deciotertio īfames.⁊ de h̄ vide.ſ.Infamia.

18 ¶Decimoquarto oēs irregulares ⁊ qui ſint.vide.ſ.Irregularitas.i.

19 ¶Decimoquinto oēs ſuſpenſi: aut interdicti vel excōicati.⁊ de iſtis habes.ſ.Interdictum. iiij.§.i.⁊.j.Suſpenſio.i.

20 ¶Decimoſexto oēs ordinati in diaconos vel ſubdiaconos a papa non pñt ſine eius lnia ab alio ordinari ad ſupiores ordies.c.cū i diſtribuendis.de tempo.or.⁊ in.c.filium.i.q.i.

21 ¶Decimoſeptimo Hermofroditus.xxxvi.di. illitteratos.di.xlix.c.fi. ⁊ ſi ordinet̄ nō ſuſcipit characterē:niſi preualeat ſexus virilis.ſi equalis eſſet nō ſuſciperet ſm Ro.

22 ¶Decimooctauo ꝯiugati:niſi velint religionē intrare:vel ad ſacros ordines promoueri.c.fi. de tempo.or.li.vi.de quo dic vt Matrimonium.iiij.§.viij.

23 ¶Sed qd ſi eps ordinat aliquē prefatorꝫ.R.ꝙ mortaliter peccat ſm Tho.in.iiij.di.xxiiij.niſi cū eis diſpenſaret in caſibus in quibuſ pōt.Et vltra h̄ ſi ordinat infantē: niſi religionē intraret.Aut ꝯiugatū niſi velit ad ſacros ordines ꝓmoueri:vel religionē intrare:vel illitteratū:ſuſpēſus eſt ꝑ annū a collatiōe clericalis tonſure vt no.in.c. cos. ⁊.c. nullus. de tempo.or.li.vi.

¶Vtrū ꝑlatus poſſit cogere clericū ad ordies ſuſcipiendos.R.ſm cōiter doc.in.c.queris de eta.⁊ qua.ꝙ ſi hꝫ beneficiū poteſt cogere: niſi legitime excuſet̄.de quo vide ibidē.Si ꝟo nō hꝫ bñficiū eccl'iaſticū nō pōt cogere:⁊ ordinās inuitum qui non eſt beneficiatus eſt ſuſpenſus a celebratione miſſe per annuꝫ. ⁊ debet deponi lxxiiij.di.c.i.⁊.ij. 24

¶Vtrū coacte ordiat⁹ ſuſcipiat characterē.R ꝙ ſi coactio ſit cōditōalis puta vt euadat mortē ſic ſuſcipit.ar.c. vbi iſta didiciſti.lxxiiij.di. ⁊ c.de iudeis.xlv.di.⁊.c.ꝙ quidā.i.q.i.q2 volūtas coacta volūtas ē.xv.q.i.merito.ſꝫ ſi coactio ſit abſoluta.puta q2 ꝑ vim ordinat̄:ſic nō ſuſcipit characterē.facit.c.maiores in fi.de baptiſ. 25

¶Sꝫ nūqd talis ordinat⁹ metu ꝯditionali tenéat̄ ꝯtinere.R.ꝙ ñ.ſi met⁹ talis fuit q potuit cadere in ꝯſtātē virꝫ ꝑ.c.ꝑlatū.de his q vi me. ⁊ in.c.ad aures de eta.⁊ qua.or.q2 integritas ē res voti nō ꝑcepti.c.integritas.xxxij.q.i. 26

ORdo iiij.q tpe dꝫ dari.R. ꝙ prima tōſura pōt dari oi tpe ſm Ho.⁊ ſequit̄ do.Anto.in.c.ꝯſultationi.de tem.or.Minores ordines pōt eps q̄libet in diebus dñicis dare vni vel duobus ⁊ nō pluribus.ſm.Ho.in.c.de co.de tēp.or. vbi tex.ē.Sed Inno.⁊ Boſ.ibidē tenent ꝙ ēt pluribus q̄ꝫ duobus pōt dare.dūmō nō videat̄ ordinationē generalē facere.Sed opinio Ho.cuꝫ inhereat littere eſt tutior.q2 in re dubia tutius eſt ſuire verbis edicti.l.i §.ſi is.ff.de exerci.ac. Papa cōfert ſubdiaconatum in oibus dñicis diebus ⁊ alijs feſtis precipuis.di.lxxv.c.vl.Et Ho. dicit in.d.c.de co.ꝙ oēs ordines ⁊ oi tpe poteſt conferre papa.ar.c.ad honorem. de aucto.⁊ vſu palij.

¶Sed nunqd pōt eps dare quattuor ordines minores in alijs feſtis q̄ꝫ de quibus in.c.fi. de ferijs.R.do.Anto.in.d.c.de co.recitat quoſdā tenere ꝙ ſic:⁊ quoſdā ꝙ nō.ſed ſolū in illis feſtis in quibus virgines ꝯſecrari pñt.⁊ Ho.dicit hoc eſſe tutius.tex.tñ dicit in.d.c.de co. dominicis ⁊ alijs diebus feſtiuis.

¶Vtrū abbates ſil'r poſſint dare quattuor

ordines in predictis diebus dñicis: vel feſtiuis
ſicut epiſcopi. do. Anto. in. d. c. de eo. ⁊ in. c. cuȝ
contingat. de eta. ⁊ quali. tenet ꝙ ſic. imo ſm
Hoſti. videtur ꝙ potius his diebus debeant
dare q̄ȝ in quattuor temporibus ne videantur
generalem ordinationē facere. ⁊ placet. Alij or
dines debent dari ab epiſcopis tm̄ in ſex tem-
poribus anni. ſ. in ſabbatis quattuor tempoꝝ
anni. Et in ſabbato mediante hebdomade qua
drageſime: in quo cantatur. Omnes ſitientes
Et in ſabbato ſancto. lxxv. di. per totum. ⁊ de
tempo. ordi. per totum.

3 ❡ Sed nunqd tp̄s eſt de ſubſtantia ordinū. R.
ꝙ nō. c. ſane. de tempo. or.

4 ❡ Que pena cōferentis ⁊ ſuſcipientis ordines
extra prefata tempora. ⁊ quis poterit diſpenſa
re. vide. ſ. Irregularitas. i. §. xxxv.

5 ❡ Utrū poſſint conferri poſt prandium. R. ꝙ
nō. tamen ſi conferunt tenent ſm Hugo. lxxv
di. ordinationes. ⁊ Ber. Lau. Jo. ⁊ Hoſ. in. d.
c. de eo. Ray. vo ponit ieiuniū ordinantis ⁊
ordinati inter illa que ſunt in dubio: an ſint de
ſubſtantia vel ne. ⁊ ꝓpterea tenet ꝙ totum ſit
reiterandum: q2 non dicitur reiteratum qđ ne
ſcitur factum. c. veniens. de preſby. non bapti.
Contrariū tñ credo verius in minoribus ordi
nibus per notata in. d. c. litteras. de tempo. or.
⁊. lxxv. di. ꝙ a patribus: in quibus miſſa nō eſt
de neceſſitate. Sed in maioribus dicerem cum
Ray. cum miſſa ſit de ſubſtantia. vt notat do.
Anto. in. d. c. litteras.

**Ordo** v. vbi debet conferri. R. ꝙ
in eccleſia ep̄ali. ar. lxxvij.
di. c. i. Sed de conſuetudine dant vbi
volunt. lxxv. di. in palea.

**Ordo** vi. quo ordine dȝ accipi.
R. ꝙ gradatim incipiēdo
ab infimo aſcendēdo vſqȝ ad ſupremū
ſ. prima tonſura ſeu pſalmiſtatus: hoſtiariatus
lectoratus: exorciſtatus: acolitatus: ſubdiaco-
natus: diaconatus: preſbyteratus: ⁊ ep̄atus. lix
di. ſi officia. lxxvij. di. c. i.

1 ❡ Quid ſi quis vno vel pluribus premiſſis ad
ſuperiorem ordinet. vide ſupra Irregularitas
§. xxxvi.

2 ❡ Quot ordines pñt ſimul conferri. R. Inno.
⁊ Ho. in. c. de eo. de tempo. or. tenent ꝙ p̄ma
tonſura ⁊ quattuor minores nō pñt dari vna
die. p. c. litteras. ⁊ p. c. dilectus. eo. ti. ⁊ in iſto. c.
de eo nihil dr̄ de pſalmiſtatu. ⁊ hoc ſequit̄ do.
Anto. in. d. c. de eo. glo. tñ in. d. c. de eo. tenet ꝙ
omnes minores ſimul vna die poſſunt confer
ri. ⁊ Hoſ. facit ꝓ ea tex. in. d. c. de eo. vbi dicit
minores ordines. ⁊ ſic omnes minores. xix. di.
Si romanoꝝ. Ego ſeruarem conſuetudinē in
hoc: ſed vbi non apparet conſuetudine: tunc te
nerem opinionem Hoſt. ⁊ Inno. que videtur
verior. q2. d. c. de eo. ſuperius expreſſerat ſolum
de quattuor minoribus: ⁊ poſtea addidit mino
res. ⁊ ideo iſta indiffinita reſtringenda eſt ad
ſupra expreſſa. Facit. l. pomponius. in prin. ff. d
ꝓcu. vnus aūt ſacer ordo cū predict; minorib9
vel duo ſacri ordines eadem die vni pſone cō-
ferri nō poſſunt: nec in hoc diſpenſari poteſt:
niſi per papaȝ. vt no. Inno. ⁊ Ho. in. c. dilect9
de tempo. or. ſed conferri debent ſinguli p ſe ⁊
p certa interſticia tempoꝝ. lxxvij. di. in ſingu-
lis. ⁊. c. quicunqȝ. vnde lȝ aliquis ordinator cō
tinuaret ieiuniū vſqȝ ad dominicā de mane: ⁊
ordinandus: non tñ poſſet qui in ſabbato vnū
ſuſceperat: alium die dñico recipere. q2 cenſet̄
pro eodem die. c. litteras. de tempo. or. Fallit
hoc ſm Ber. in epiſcopo qui i ſabbato poteſt
in ſacerdotem ordinari: ⁊ in dominico in epi-
ſcopum conſecrari.

❡ Que pena conferentis ordines contra prefa 3
taȝ formā. ſ. duos ſacros vno die: vel minores
cum vno ſacro. R. ſm Ber. in. c. dilectus. de tē
po. or. ꝙ ſuſpenſus eſt a poteſtate ordinandi:
donec p papam cum eo diſpenſetur. Sed do.
Anto. in. c. litteras. eo. ti. dicit ꝙ non eſt ſuſpē
ſus: ſed ſuſpendendus ab ordinibus dandis ſic
collatis. Sed ordinatus bene eſt ſuſpenſus
ipſo facto: ⁊ a ſolo papa poteſt abſolui in. d. c.
litteras. in fi. de quo vide ſupra Irregularitas
i. §. xxiij.

**Ordo** vij. quō debet conferri. R.
ꝙ primo dȝ precedere ſcru
tiniū ſiue examinatio per Archidiaco-
num de iure cōmuni de officio Archi. ad hoc
⁊. c. vt noſtrum. ⁊ de elec. c. nihil eſt. §. epiſcopi.
ſ. de vita: moribus: ⁊ qualitatibus: ⁊ ceteris q̄
requiruntur in ordinato. ſ. ꝙ nullum impedi-
mentum de ſupraſcriptis habeat. Item ꝙ ſit
ſobrius non ebrioſus. xxxv. di. ⁊. xliiij. di. p to-
tum. Itē prudens. xxxvi. di. vſqȝ ad. xl. di. Iteȝ
ornatus virtutibus. xl. di. vſqȝ ad. xlij. Item ca
ſtus. xliij. di. §. pudicos. ⁊. xxiij. di. vſqȝ ad. xxxv
Item hoſpitalis. xlij. di. ⁊. lxxxvi. per totū. Nō
litigioſus. xlvi. di. xc. di. lxxxviij. di. lxxxvi. di.
peruenit. Nō cupidus. xlvij. di. ⁊. d. c. peruenit
Iteȝ domui ſue bene preſidens. lxvij. di. §. me-

ſeſſ.lxxvi.di.lxxxix.di.xci.diſt. Item ſciunus lxxv.di.q̄a patribus. Secundo debet miſſa ce lebrari ab eo qui vult ordinare. Unde aliqui vt Ray.tenent ꝙ ſi miſſa omittatur nihil fit: ſed totū iterandūꝫ eſt. Hugo tamē ⁊ Jo.lxxv di.in.c.ordinationes.el primo.⁊ Ber.in.c.ꝙ ſi cut.de elect.tenent ꝙ non eſt de neceſſitate.qđ credo verum in minoribus. ſecus in ſacris. qꝛ eſt de ſubſtantia. vt ſupra ordo.iiij.§.v. Fallit in prima tonſura:que communiter hodie ſine miſſa datur. Et ſi vnus dicit miſſaꝫ ⁊ alius cō ſecret:nihilominus tenet ordo. vt dicit Ber.⁊ Hugo.vbi.ſ.lꝫ fieri non debeat. Quod limito verum in minoribus:ſed non in ſacriſ. Tertio debēt habere ordinandi indumenta pertinen/tia ad ordinem quem volunt ſuſcipere. Quar/to ꝙ ordinans in quocunqꝫ ordine ſeruet ri/tum paſtoralis:maxime circa porrectioneꝫ in/ſtrumentoꝝ in quibus character confertur:di cendo verba conuenientia:⁊ faciendo vt ordi nandi tangant corporali tactu pro maiori cau tela:⁊ nihil omittat de ordinatis in paſtorali. quia vt dixi excepto loco:tempꝛe:etate:vnctio/ne:impoſitione manuū:tactu corporali: ieiuni um:miſſa in minoribus. ⁊ ꝙ ſit proprius epi/ſcopus vel non: ⁊ orationibus aliquibus que non dicuntur cum aliquorum corporaliuꝫ tra ditione.oīa alia ab iſtis creduntur ita de neceſ ſitate ꝙ ſi aliquid omittatur cōmuniter tenet̄ ꝙ nihil fit ⁊ totum eſt iterandum ſm aliquos lꝫ vt dixi teneant theologi ꝙ in aliquibus cō/fertur character.⁊ ſic ſm eos:ſi alia omitteren tur eſſent ſoluꝫ ſupplenda: ſed qꝛ hoc nō habe mus expreſſum tenendum eſt ſecuruꝫ. vt dixi.

1 ¶ Sed nunquid cum quis interrogatur ⁊ exa minatur tenetur dicere peccatum ſuum. R. ſm Inno.in.c.inquiſitionis.de accuſa.ꝙ non.niſi etiam poſt penitentiam impediat executioneꝫ ordinis:vel ſm Hoſtien.poteſt reſpondere:ſi aliquod horum cōmiſi egi penitentiaꝫ: nec in/digeo diſpenſatione.

1 ¶ Utrū epiſcopus poſſit ſuo ſubdito ſine cau ſa legitima denegare collationem ordinis. R. ꝙ aut eſt regularis:⁊ ſic non tenet̄ ei conferre: imo ſuus prelat⁹ pōt hoc ſibi denegare. Nec contra ſui prelati voluntatem poteſt ꝓmoue ri.⁊ ſic loquitur.c. ad aures. de tempo.or. Aut eſt ſecularis ⁊ ſic non tenetur epiſcopus. Aut eſt in dignitate ⁊ beneficio:⁊ ſic nō poteſt epi/ſcopus ei denegare.⁊ ſic loquitur.c.ex tuarum tenore.de tempo.or.

¶ Utrum ordinans indignuꝫ ſcienter peccet mortaliter. Reſpon.ſm Aſten.li.v.ti.v. ꝙ ſic. quia infideliter agit cum domino qui eum diſ penſatorem conſtituit. 5

# Ornatus

Ornatus q̄ requirunt̄ vt ſit ſine pctō. R. ꝙ ſex.⁊ intel/ligo tā de ornatu veſtimētoꝝ ⁊ corpis viroꝝ ⁊ mulierum q̄ꝫ de ornatu domoꝝ ⁊ ſup pellectilium

¶ Primū recta intentio.ſ.vt nō fiat p ſupbiā vel libidinē:ſed ex legitia cā. Nā vt dicit Cri/ſo.in.c.ſicut.xxxij.q.v. Sicut enim pctm̄ opus ſine voluntate nō facit:ita iuſticia ex opere nō ꝯſūmat̄:niſi voluntas affuerit. Nā vir ornās ſe vel mulier vt nō appareat in cōtemptū ho/neſtis perſonis: vel vt placeat vir vxori ſue. ⁊ vxor viro ⁊ hmōi.ex tali intentiōe licit⁹ eſt q̄/libet ornatus ſi mō alie adſint conditiones de quibus.j. Si āt fiat ꝓpter aliā intentionē:ſic tale erit pctm̄ q̄le eſt pctm̄ intentio. Un̄ Aug. de ſermone dn̄i in monte. Exponendo illud.cū ieiunatis nolite fieri ſic hypocrite ⁊c̄. In h̄ āt inquit.c.maxime aduertendū eſt nō in ſolo ni tore rerū corpalium atqꝫ pompa. ſed etiam in ipſis ſordibus ⁊ luctuoſis eſſe poſſe iactantiā.⁊ eo periculoſiorē quo ſub noīe ſeruitutis dei de/cipit.hec ille. Ex quo pꝫ ꝙ ⁊ ſupabundantia ⁊ defectus ⁊ ēt mediocritas ornat⁹ ex intentiōe mala ſp mala eſt. Diſcutiat̄ ergo prima inten/tio ornatuſ.⁊ ſi ſit ad ꝓuocan̄.alios ad libidinē ſic eſt mortale pctm̄.qꝛ nō ſolū cōcupiſcere ſed velle concupiſci extra ſtatum matrimonij. dā nabile eſt ſm Augu. ſīliter ſi ſit ꝓpter elatiōꝫ vanam gloriā:⁊ ſuperbiā. que ſit mortalis: ⁊ qn̄ ſit:vide Superbia ⁊ vana gloria. 1

¶ Sꝫ nunqd mulier inupta poſſit ſe ornare vt placeat alicui viro. R. ꝙ lꝫ quidā indiſtincte te neant ꝙ nō.p dictū apl̄i.i. Chorin.vij.cū dic̄. Mulier q̄ inupta eſt mihi ⁊c̄. Tu tn̄ tene illud nupta accipi quantū vel ad rem:vel intentiōꝫ. Et iō illa mulier q̄ intendit nubere vt placeat alicui ꝓ vxore:ſi ſe ornat nō hꝫ prauā intentio nem.ſed bene illa que cū nō intendat nubere vel nō pōt cum aliquo querit ei placere.⁊ in h̄ cōcor.doc.cōiter. Alex.⁊.S. Tho.xxij.q.clxix. facit.c. non ſatis.lxxxvi.di. Et do.Luc.xi. Si oculus tuus ſimplex fuerit ⁊c̄.i.ſi intentio tua recta vel nequam fuerit.opus indifferens erit rectum vel neq̄ꝫ. 2

¶ Secundū qđ requiritur in ornatu eſt hone/ſtas. Nihil enim inhoneſtū poteſt eſſe licitum 3

Vnde ſicut ſine iuſticia nemo ingredit̃ regnū
dei.ita ſine honeſtate que eſt vna de partibus
eius eſſentialib⁹.l.iuſticia.§.iuris precepta.ff.
d iuſti.ꝛ iure. Et ꝓpterea Pau.ad Gal'.v.po
nit impudicitiā vnū de excludentibuſ a regno
dei.Directe aūt habet inhoneſtatem ille orna
tus ex quo mulieres vel viri oſtendūt loca im/
pudica:ꝛ lꝫ viri nō oſtendant nude ſufficit ad
impudicitiaꝫ taliter eoꝝ formas oſtendere ꝙ
ſm rōnem rectam inpudicitiā oſtendunt. Sic̃
faciūt qui veſtimenta ita breuia portant ꝙ oia
ſigna virilis mēbri apparent. Silr̃ cōtinet im
pudicitiā ꝙ mulieres taliter veſtimenta aperi
ant ꝙ pectus ꝛ mamillas oſtendant. Vnde ta
les non audeo excuſare a mortali qñ notabilit̃
in hoc excedunt. Excuſarem bene viros qñ tali
habitu vterent̃ ex aliqua neceſſitate.puta equi
tando:ꝛ coram talibus qui non habent prouo
cari ad laſciuiā ſicut cum iuuenes ludunt in
deploide ſimul ꝛ huiuſmodi.ꝛ idē dico de mu
lieribus in domo coraꝫ viris ſuis:aut alijs mu
lieribus aliter non. Nec valet ꝙ ſic eſt conſue/
tum qꝛ corruptela eſt.l.ꝙ nō rōne.ff.de lega.q̃
potius auget peccatū.c.fi. de conſue. Similit̃
ſm aliquos videtur impudicū ꝙ mulier hēat
caput diſcopertum. Sed Augu.in epiſtola ad
poſſidium videtur tenere ꝙ hoc ſit veruꝫ quo
ad decentiā nō neceſſitatem. Inquit enim ca/
pillos nudare feminas quas ꝛ caput velare
Apoſtolus iubet:nec maritatas decet. hec ille.
Et glo.ſup illud.i.Chorin.xi. Mulier velatuꝫ
habere debet caput:dicit ꝙ alique excuſantur:
a peccato qñ hoc nō faciunt ex vanitate ſed ꝓ
pter cōtrariam conſuetudinē:ꝛ ſic tene ꝙ cuꝫ
hoc de ſe non ſit impudicum excuſat conſuetu
do.ꝛ hoc ſequitur. S.Tho.vbi.ſ.

4 ¶ Sed nunquid fucantes ſe:ſeu colorantes ſe:
aut alia figmenta adhibentes.vtputa adulte/
rinos crines ꝛ huiuſmodi faciunt contra ho/
neſtatem taliter ꝙ peccent mortaliter. R.circa
hoc ē diuerſa opinio inter doc. S.Tho.vbi.ſ.
tꝫ ꝙ huiuſmodi fictiones nō poſſunt eſſe ſine
pctō:non tñ ſemp eſt mortale. Sed ſolū qñ fit
propter laſciuiam vel in dei contēptuꝫ. Alex.
in.iij.parte ſūme recitat quoſdam tenere.ꝙ ſi
talia fiant ad occultandū defectum.puta mor/
pheā in facie vel nuditatē capitis qꝛ nō videt̃
pctm̃ mortale. Si vo fiant ad fingendaꝫ pul/
chritudinē maiorē.ſic fore mortale pctm̃. Ipſe
vo Alex.dicit ꝙ lꝫ hec opinio ſit hūanior tñ
tutius ſibi videt̃ dicere.ꝙ oīno ſit peccatū mor
tale.ad quod facit dictum Cypriani de habitu
virginū:qui ait. Manus deo inferūt qñ illud
quod ille formauit reformare contendunt im/
pugnatio eſt iſta diuini operis preuaricatio ve
ritatis. Deum videre non poteris qñ oculi ti/
bi non ſunt quos deus fecit:ſed quos diabol⁹
infecit de inimico tuo tincta cum illo pariter
arſura.hec ille. Et dictū Hiero.ad Maurici
filiam. Crimen eſt poſt criſmatis ſanctificatio
nem cuiuſlibet pigmenti ſucco vel puluere ſor
didari. Et dictum Auguſti.de conſecra.diſt.iiij.
v.c.fucare. vbi oſtendit ꝙ eſt adulterine falla
cie ꝛ inhoneſtatis. Ego vo in occultantibus
defectum tenerem opinionē. S.Tho. In alijs
autem que talibus vtuntur ad fingendam ma
iorem pulchritudinem recitarem eis opiniões
predictas ꝛ inducerem pro poſſe ad dimitten/
dum oſtendens periculum.ꝙ ſi pur vellent te
nere opinionem. S.Tho.non negarem eis ab
ſolutionem.ſed me exonerarem ꝛ ſuper ipſos
vel ipſas relinquerem.

¶ Tertium qd requiritur in ornatu ē cōuenie/ 5
tia pſone. Nam religioſus debet hr̃e habituꝫ
religioſū aliter eēt excōicatus.vt.ſ.excōicatio
vij.caſu.xxvij. Clericis aliqb⁹ ñ licet vti vt.ſ.
Clericus.iiij. Vnde tenet Vldr.ꝙ ſi religioſi
vel religioſe ferrent habitum nō conuenientē
ſue profeſſioni ꝙ peccant mortaliter ſi non in
modico excedant. Ideꝫ dic de muliere que vtit̃
habitu viri:i vel econtrario.ſ.ꝙ peccat morta/
liter.qꝛ facit contra preceptuꝫ Deuteronomi.
xxij.ꝛ videtur ſequi. S.Tho.vbi.ſ. qꝛ dicit ꝙ
ſpecialiter eſt prohibitum. Addit tamē ꝙ poſ/
ſit quis tali habitu vti ſine peccato ꝓpter ali/
quam neceſſitatem vel cauſaꝫ vt occultaret ſe
ab hoſtibus:vel qꝛ aliud non habet veſtimen/
tum ꝛ huiuſmodi. Facit.ad hoc.c.clerici officia
de vi.ꝛ ho.cle.ꝛ qd ibi no.

¶ Quartū qd requiritur in ornatu eſt parſimo 6
nia ꝛ moderatio.ſ.ne ſit ſuperfluus vel quo ad
multitudinem ꝛ diuerſitatem vt in multis ve
ſtibus iocalibus ꝛ hmōi. vel quo ad precioſita
tem:vel quo ad curioſitatem. Nam vſus ſup/
fluus eſt oīno vitioſus. Vñ ad Gal'.v. Inter
alia que excludunt a regno dei cū fuiſſet dictū
de fornicatione ponitur luxuria vbi dicit glo.
i.quelibet ſuperfluitas intellige notabiliter ex/
cedēs vt ſit mortalis.vñ Tho.vbi.ſ.dicit ꝙ fa
ciētes ornamenta ſupflua ꝛ curioſa peccant ꝛ
qñ ſupfluitas eſt notabiliter exceſſiua ñ eſt du/
biū inter doc.quin ſit mortalis.ſed difficultas

eſt in cognoſcendo quādo dicatur notabiliter
exceſſiua. vnde ꝓ hoc intelligendo mihi vide-
tur dicendū ꝙ ornatus dr̄ ſuperfluus quando
excedit conditionē ſtatus perſone ad quā con
ditionem cognoſcendam: Tria ſunt tempora
cōſideranda tanq̄ȝ tria ſpecula ex quibus intel
ligetur quādo dicat̄ ſuperfluus. Primū tem-
pus preteritū. ſ. qualiter perueniſti ad talem cō
ditionem puta dominiū: nobilitatē: ⁊ diuitias
Si quippe per rapinas: vſuras: falſos contra-
ctus ex quibus reſtitutioni teneris obnoxius
ad talem conditionem perueniſti vti nō pote-
ris multitudine: diuerſitate: precioſitate: vel
curioſitate qua alij vtunt̄ cōmuniter exiſtētes
in tali conditione ⁊ ſtatu ſine peccato mortali.
Nam rebus obnoxijs reſtitutioni nō licet vti
ſine peccato mortali ad ſtatum vel pompam.
de reſtitu. ſpo. c. ſepe contingit. ⁊ hoc eſt quod
dicit Iſa. ix. c. Veſtimentum admixtū ſangui
ne cibus erit ignis. ⁊ Ier. ij. c. In alis tuis in-
uentus eſt ſanguis aiarum pauperum. Et q̄ȝ-
uis ſuper incertis reſtituendis poſſit prelatus
eccleſiaſticus diſpenſare vt quis de eis viuat
ſm qualitatem conditionis naturalis alicuiuſ.
Si tamen hoc facit ad ſuperfluitatem ⁊ ſtatū
ſolum. eſt in ſtatu dānationis tam diſpenſans
q̄ȝ diſpenſatus. facit quod nō. in c. dudùm. el.
ij. de elect. ⁊ in. c. ⁊ ſi illi. xij. q. ij. Solūmodo eis
diſpenſare licet de incertis vt viuere poſſint
ſm eorum conditionem: q̄ȝ ille qui eſt conſue-
tus vti cibis delicatis: vel veſtibus non poſſet
ſic groſſis vti ſicut qui ad hoc eſt aſſuetus. ⁊ iō
oportet multū temperate hoc faciant. Si vero
ad talem conditionem perueniſti nō per talia
que neceſſario ſunt reſtituenda ſic credo: ⁊ ſi
non ſis naturaliter nobilis nihilominus pote
ris te ornare ſm illum ſtatum ita ꝙ ex hoc nō
erit iudicandus tuus ornatus notabiliter ſup-
fluus. Secundū dr̄ tempus preſens ſcilicet ſi
ornatus talis conuenit tue conditioni. Maio-
ri enim dignitati conuenit maior ornatus di-
cto. c. clerici officia. Et iō vt ſcias quid tibi con
ueniat attende ꝙ cum nulla ſit maior dignitas
q̄ȝ diuina: ⁊ tñ in ipſo cultu diuino debet orna
tus eſſe temperatus. vt patet in. c. gloria epiſco
pi. xij. q. ij. a fortiori ornatus prelatorum eccle-
ſiaſticoꝝ. Idem dic ꝙ ornatus imperatoris q
oēs mundanos ſupereminet. vt in. l. cum mul-
ta. in fi. C. de bonis que liber. debet eſſe tempe-
ratus. Ceterorum vero tanto magis tempera-
tus debet eſſe quanto inferiores ſunt ab ipſa

ipatorꝫ dignitate. Et q̄ȝuis ita ſit d̄ iure nihilo
minus conſuetudo hodie attendenda eſt. q̄ȝ vt
dicit Aug. xli. di. c. i. Quiſquis rebus pretereun
tibus ſtrictius vtitur q̄ȝ ſe habeant mores eo-
rum cum quibus viuit: aut intemperatus: aut
ſuperſtitioſus eſt. quiſqs vero ſic eis vtitur: vt
metas conſuetudinis bonoꝝ inter quos con-
uerſatur excedat: aut aliquid ſignificat dicit gl.
puta infirmitatē ⁊ legitimā cauſam aut flagi-
tioſus eſt. In oibus aūt talibus non vſus reꝝ
ſed libido inculpanda eſt. Quid igit̄ locis: tem
poribus ⁊ perſonis ꝯueniat diligenter atten-
dendū eſt. nec temere flagitia reprehendamus
hec ille. Vnde ſi vis agnoſcere ſi excedis ꝯſide
ra cōitatem bonoruꝫ inter quos viuis qui ſūt
equalis dignitatis: nobilitatis: diuitiarū: abun
dantie. ⁊ notanter dixi cōitatem bonoꝝ: nō ali
q̊ruꝫ. Et ſi ſm eoꝝ ꝯſuetudinē vteris precioſis
vel mltitudine: aut curioſitate nō iudicabo ex
ceſſū. Niſi occurreret tibi caſus in quo aliq ꝓ-
ximi eſſent in extrema neceſſitate. q̄ȝ tūc dicas
ſm Ambro. in. c. ſicut hi. xlvij. di. Pluſq̄ȝ ſuffi
ciat ſumptui. ſ. tuc neceſſitatis ⁊ familie violē
ter obtentum eſt.
¶ Sed nūquid ille q eſt equalis in diuitijs no 7
bilibuſ poſſit ornare ſe ſm ꝙ cōiter nobiles fa
ciunt lꝫ ipſe ſit ex infimo genere. R. ꝙ ſic. Niſi
quo ad deaurata que d̄ iure ꝯueniūt doctorib9
⁊ militib9. Rō q̄ȝ nobilitas hodie ñ attribuit̄
ſm virtutē ſed ſm pompā ⁊ opinionē. Fallit
ēt hoc quo ad cōparationē prelatoꝝ: dñoꝝ: ⁊
officialiū quib9 licet aliquis eſſet ipſis ditior ñ
liceret ſe ornare ſm ꝙ tales prelati: vel dñi: vel
officiales cōiter faciūt. Cōclude ğ ꝙ ſi qs vtit̄
ornatu precioſo vel multiplici aut curioſo ſm
conditionē ſtatus pñtis. vt cōiter faciūt pñti
tpe boni diuites vl̄ nobiles ſibi eq̄les ñ peccat.
¶ Tertiū tp̄s ꝯſiderandū eſt tp̄s futurū hoc ē 8
ꝙ conſideret ſi in tali ornatu poterit ſe tenere
taliter ꝙ in futurū nō habeat cōmittere aliqua
peccata mortalia. Nā ſi eſt neceſſe aliqua mor
talia cōmittere vt in tali ornatu ſe teneat ſicut
illi qui ꝓpter talia hñt neceſſe in partib9 remo
tis ad negociādū morari dimiſſis vxoribuſ ibi
ꝓpter coꝝ imbecillitates multa mortalia cō-
mittūt ⁊ hmōi. Nā tūc talis ornatus eſt ſup-
fluus ⁊ illicitus. ſm ergo predicta tria tpa po-
tes cognoſcere. qñ hȝ ſupfluitatē ⁊ q̄ȝuiſ ſit diſ
ficilimū cognoſcere qñ habeat notabilē ſupflu
itatē que ſit pctm̄ mortale niſi ſm primū tp̄us
⁊ tertiū. Tñ deteſtandi ſunt q̄ȝ vt in pluribus

habent de ſuperfluo. ⁊ ſic de peccato. vtpote q
ſunt occaſio multorū peccatorū. Nam primo
inducūt ad laſciuiam. ſecundo impediunt mul
ta matrimonia. ⁊ tertio prebent materiā inor/
dinate cupiditatis. ideo ps. xxx. Odiſti obſeruā
tes vanitates ſuperuacue.

9 ¶ Quintū qđ requirit ornatus vt ſit licitus: ē
vt non apponat̄ circa eum nimia ſolicitudo.
ſm eni. S. Tho. vbi. s. Nimia ſolicitudo circa
ornatū ēt ſi nō ſit deordinatio ex pte finis red
dit eū illicitū. Et q̄uis iſta ſolicitudo nimia nō
ſit mortalis niſi qñ pp ipſā dimitteret neceſſa/
ria ad ſalutē nihilominꝰ ſaltē ē veniale pctm̄.

10 ¶ Sextū qđ requirit̄ vt ornatꝰ ſit licitus eſt vt
nō ſit ſcandaloſus ꝓximo: dicit Alex. de ales. in
ſa ſe. q licet ſe ornare p̄cioſis veſtibus ſm no
bilitatē pſone: ⁊ ꝯſuetudinē terre: ⁊ dignitatē
officij. ita tñ q abſit libido in voluntate: ⁊ ſcā/
dalū in exteriori ope: nec mirū q2 Mat. xviij.
Ve hoi illi p quē ſcandaluꝫ venit. Aduerte tñ
q lꝫ aliqs ꝓuocet̄ ad cōcupiſcentiā ꝓpter or/
natū alterꝰ ſi ille q ornat ſe hic nō intēdit: nec
eſt exceſſus in ornatu erit potius ſcandalū paſ
ſiuū ⁊ occaſio accepta. Sed qñ eſt in ornatu ex
ceſſus ꝑſertim incitatiuꝰ ad libidinē vt in mu/
lieribꝰ inuenientibus nouas inuentiones ſeu
vanitates. ⁊ credūt ꝓbabiliter q aliq ꝓuocant̄
ad libidinē nō excuſant̄ a mortali ſi de hoc nō
curant: ſed potius volunt portare. Si vero nō
credūt ꝓbabiliter q prebeant occaſionē ruine
alteri ſic difficilimū eſt determinare de mortali
lꝫ aliqualiter excedant. Verū eſt q periculoſuſ
eſt exceſſus in ornatu ꝓuocatiuo ad libidinē vt
in mulieribus facientibus foças nouas q̄s ſin
gulariter diabolus ꝓuocat ad ornandū ſe ma
gis q̄ꝫ viros: q2 magis ſunt efficaces ad illaq̄/
andū aīas. Et iō lꝫ nō poſſit ſnia dari de mor/
tali p quanto exceſſu: nihilominus ſemp indu/
cende ſunt ad dimiſſionē ꝓpter piculū ꝓpter
q cōminat̄ eis dñs. p Yſa. iij. c. In illa inquit
die. ſ. iudicij auferet dñs ornamentū calciamē/
torꝫ ⁊ torques. ſ. colaria: ⁊ monilia: ⁊ armillas
ſ. ornamenta brachiorꝫ. vt maniche rechama/
te vel lōge. mitras. ſ. macā gnones vel lunctas
diſcriminalia. i. pectines ad pectinandū caput
vel cerructos. periſcelidas. i. ornatus talorꝫ in fi/
ne veſtis vt ſunt caude vel fimbrie. murenulaſ
i. cathenas paruas circa collū. olfatoriola: inau
res: gēmas in fronte pendentes. ⁊ mutatoria
i. diuerſas veſtes. ⁊ lintheamina vt faciunt ro/
mane ſup̄ veſtes. acus ⁊ ſpecula. ſindones ⁊ ca
miſias. vittas. i. bindellas ꝓ capillis colligēdis
⁊ theriſtra. i. veſtes eſtiuas vt ſūt iornee. aeria
q eſt eſtas ⁊ erit ꝓ ſuaui odore fetor ꝓ zona fu
niculus: ꝓ criſpanti crine caluiciū: ⁊ ꝓ faſcia
pectorali ciliciū. hec ibi. Sis ergo prudēs o cō/
feſſor vt nō precipites ſniam vbi nō eſt precipi
tanda. ⁊ cautus vt nō relaxes qđ ſp eſt reſtrin/
gendū q2 cū cōiter in ornatu nō ſint cōditiōes
ſupra poſite ſitqꝫ ꝯſequenter in ipo pctm̄. q̄ ta
liter orā tes: ſe dant operā rei illicite ⁊ ꝓpterea
iuridice imputat̄ eis malū qđ ꝓbabilit̄ ex eis
euenit. ſ. laſciuia. facit. c. cū qui. ⁊ c. quantū. l. di.
⁊ qđ no. in. c. ſicut dignū. de ho. ideo deteſtādū
ꝓpter qđ merito ſaluator Luc. xvi. expreſſit q
diues dānatus induebat̄ purpura ⁊ biſſo.

# Ociositas

Ociositas est cum quis quiete neceſſaria ſaluti cor/
poris accepta vacat ab aliquo opere ſpi
rituali vel corpali. ⁊ hec eſt filia accidie. Et qñ
ſit peccatū mortale. vide. s. Accidia. §. i. ⁊. ij. ⁊. j
Preceptum. §. v.

# Pactum

Pactum aūt dicitur a pactione inde eſt pacis nomen
appellatū. ⁊ eſt pactio duorū pluriūue
in idem placitum ſeu conſenſus. vt dicit tex.
in. l. i. ff. de pac. Et ideo oīs contractus genera/
liter dr̄ pactum. ſed cum habeat nomen pacifi
cum ab ipſo contractu denominatur. vt vendi
tio: locatio. cum vero non habet nomen dicitur
pactum a genere.

¶ Que differentia eſt inter pactum: pollicita/
tionē: conuentioneꝫ: ſtipulationē: ⁊ ꝓmiſſionē
R. q pactum eſt conſenſus duorꝫ vel pluriuꝫ
ad aliquid faciendū vel dandum verbis expreſ
ſum: ita q verba premittantur a promitten/
te: ⁊ conſequenter a recipiente. Si vero verba
premittantur a recipiente ſic erit ſtipulatio. ex
emplum dabis mihi decem. R. dabo. promitti
facere ſic. ⁊ tu reſpondes promitto. inſtitu. de
verbo. obligatio. in princi. Pollicitatio vero
eſt ſolius offerentis promiſſio. nec requiritur
preſentia perſone cui fit pollicitatio. l. i. ⁊. l. pa/
ctum. ff. de pollici. Et nō. glo. in cle. romani. de
iureiuran. ⁊ glo. in. l. i. C. de iure do. Dicens q
pollicitatio fit ſine interrogatione precedente
ff. de pollicita. l. iij. promiſſio cōmuniter fit ro/
gatione. de quo dic vt. j. Pollicitatio. in prin.
Et poteſt promiſſio referri vel ad pollicitatio/
nem: vel ad ſtipulationem: vel ad nudum pa/
ctum. ff. de edi. edic. l. ſciendum. §. dictum a ꝓ/
miſſo. Conuentio vero eſt nomen magis gene/

tale q̃ʒ pactū.q2 ſcholares in ſcholis: ⁊ fratres in capitulo conuenire dicuntur.ff.eo.l.i.§.conuentionis verbum.

2 ¶ Quotuplex eſt pactum. R̷.duplex:aliud veſtitum:aliud nudum.

3 ¶ Sed quomō dicatur pactum veſtituʒ.R̷. q̄ vi.modis. Primo re. ſecundo verbis. ſcilicet ſtipulando.tertio litteris.quarto conſenſu ⁊ ď his habes exempla.ē.obligatio.§.iij.quito coherentia contractus.puta vendidi tibi domuʒ cum tali pacto q̄ ego debeā morari in ipſa domo per annū qď quidem valet q2 veſtitur coherentia contractus.ſ.venditionis. alias eſſet nudum.ſexto interuentu rei.puta promiſi tibi aliquid dare vt faceres mihi vel dares aliud. Vñ ſtatim cum dedero tibi qď promiſi veſtit̃ pactū ex pte mea.⁊ iō interuentu eius es mihi obligatus ad faciendū quod promiſiſti ꝓbant̃ iſta inſtitu. de verbo.obligatio. Nudum vo dicitur quando non veſtitum aliquo predictorum vel non continet cauſam: quia traditio rei ſine cauſa nulliuſ eſt efficacie.l.nunq̃ʒ nuda traditio.ff.de acqui.re.do.

**PUblicum** dˀ duplr̄ ſꝫ Pan. in .c. ex lr̄aꝝ. ď tē. or. vide notoriū ⁊ .s̈. occultum.

**PUdicus** dꝫ eſſe ſacerdos vt verbis ⁊ moribus pudorē idefinēter exhibeat. xliij. di. §. j.

**PUdicitia** eſt animi virtus q̄ quis verecūdatur de actibus de quibus hoīes magis verecūdantˀ: vt ſunt actus venerei ſm Aug. xiiij. de ciui. dei. comitēqꝫ hꝫ fortitudinē vt potius quelꝫ mala toleret q̄ꝫ malo ꝯſentire decernat. xxxij. q. v. ita ne.

**PUnitio** nō dꝫ eſſe ſine cā: licꝫ aliqñ ſine culpa. ď re. iu. ſine culpa. li. vi. ď q̄ vide .s̈. Correctō ⁊ pena. ⁊ vbi dꝫ pūiri. viď .s̈. pēa. §. xxiiij. cū ſe.

**PUrgatio** quadruplex. Alia ſpūalis .ſ. a peccatis. ⁊ hec fit per baptiſmū ⁊ pniam. de cōſe. di. iiij. non poteſt. Et per ſacramētorū receptionem. de ꝯſe. di. ij. cū omne. Et ꝑ fidei feruorem. xv. q. vlti. c. vlti. de coha. cle. ⁊ mu. c. veſtra. Et ꝑ quelibet opa pietatis. xxij. q. ij. ſi quelibet. Alia dˀ ignis purgatorij. de qua .j. purgatorium. Alia dˀ vulgaris que a vulgo eſt inuenta: ⁊ hec fit cū ferro candente: aqua feruēti aut cū duello ⁊ ſi euaſerit illeſus ſit imunis: ⁊ h̄ ꝓhibetur ſub pena mortaliſ peccati. ij. q. v. mennam. ⁊ .c. ꝯſuluiſti. ⁊ de purga. vul. per totū. qꝛ eſt cōtra id Deutronomi. vi. Non tētabis dn̄m. Alia dˀ canonica a iure canonico inuenta: ⁊ hec fit per iuramenti preſtationeꝫ co

rā ſuo iudice: τ illis apud quos infamatus eſt ſic iurādo ſup euāgelia: q̄ tale crimē nō cōmiſit ſup quo ē iſamatus: nec ad id opam dedit: τ huiuſmōi. τ dꝫ hre tot cōpurgatores quot iudicēti purgationē canonicā videbit attēta enormitate criminis: q ſint bone opionis: τ non ſit veriſile eos periurare: τ q ciꝰ ꝯuerſationē ſciāt τ ſint eiuſdē ordis ſi eſt poſſibile: q ſimul iurēt q̄ credūt eū verum iuraſſe: vel q̄ bonum exhibuit iuramētum. hec ꝓbant de purgatiōe canonica per totū.

1 ¶ Qñ dꝫ indici canonica purgatio. R. q̄ quādo apud iudicē ſuū qs eſt iſamatus: τ iſamia publica laborat: τ apud graues τ bonos viros τ non ſit orta ab inimicis: tūc iudex dꝫ prefigere terminū: vt ſi qs vult accuſare compeat: τ ſi accuſator appet audiat canonice. Si vero nō appet τ infamia mala crebreſcit: tūc ꝓcedat iudex ad iqſitionē: τ ſi nullus apparet ēt denūciator nec cōuincitur: tūc cōpellat eū ad purgationē canonicā. h no. Jo. ij. q. v. preſ byter. τ p totū. τ de purga. cano. p totū. p doc.

2 ¶ Sed nūqd iudex ex ſola ſuſpitiōe poſſit purgationē canonicā indicere. R. q̄ ſi iſamia non laborat vt dici nō poterit: niſi forte fuerit accuſatus. ij. q. v. §. ecce q̄liter. vnde no. q̄ veriſimilis ſuſpitio ſufficit ad indicēdā purgatōem predictā lꝫ non ſit iſamatus: ſed temeraria ſuſpitio repellit. extra eo. c. ſi quis de gradu. ij. q. i c. i. violēta aūt ſufficit ad ſniam. xxxij. q. i. dixit no. Archi. ij. q. v. oībus. Jnno. τ Mo. in. d. c. ſi qs. d gradu. Limita hoc vt. ſ. preſumptio. i. verū in leuibus.

3 ¶ Vtrū ad dictū vniꝰ mulieris ſit indicenda: R. q̄ ſic. ſi iſamia ex h apud graues reſultat. c. ſignificaſti. de adul.

4 ¶ Que pena deficiētis i purgatiōe. R. q̄ ſi accuſet τ idicat ſibi purgatio ſi deficit punietur ac ſi fuiſſet ꝯuictus. de ſimo. c. de h. Si vero p modū inquiſitiōis agat: aut denūciatiōis pena erit arbitraria. vt no. Gof. Mo. τ Pa. i. c. accedēs de accu. Silr dic q̄ ſi non preceſſit aliquis modus agēdi neqꝫ accuſationē: inqſitionē: aut denūciationē: ſed ſolū pp infamiam iudex indicit purgationē: tūc ſilr ſi deficit punit extraordinarie. τ eſt caſuſ. c. ſignificaſti. d adul. Et ſic eū intellige. Et aduerte q̄ dicit Jnn. q̄ cū iudex hoc caſu ꝓcedat ex p̄ſumptione q̄ dꝫ multū tpare ſniaꝫ: vt no. i. c. afferte. de p̄ſūpti.

# Purgatorium

eſt pena grauiſſima: minor tū q̄ infernalis: vt pꝫ. xxv. di. §. q̄lis de pe. di. vij. c. ſi.

¶ Qui ſunt qui purgant. R. q̄ illi qui moriuntur i charitate: qui tñ nō ſatiſfecerūt ꝓ eorum peccatis i hac vita. xxv. di. c. q̄lis. τ. c. ſe. 1

¶ Qūo iuuant aie defūctoꝝ. vide. j. ſuffragia per totum. 2

# Purificatio

poſt partū mulieꝝ non eſt neceſſaria vñ ſi voluerit intrare eccleſiam vt gr̄as agant: nō peccāt. Si tñ ex veneratiōe aliquādiu voluerint abſtinere deuotio eaꝝ nō ē ꝓhibēda. de purific. pꝰ par. c. vnico.

# Puſillanimitas

opponitur magnanimitati p defectū q̄ deficit puſillanimis a ꝓportione ſue potētie: dū recuſat in illud tēdere: qđ eſt cōmenſuratū ſue potētie τ ſic ē peccatum: τ tale q̄lis ē obligatio ad illđ in qđ tendere recuſat: ſiue ſit preceptū: ſiue ſit ꝓhibitio. Secus ſi ſit circa ꝯſilia: vt intrandi religionē: audiēdi ꝯfeſſionē: vel predicādi: quibus ex officio nō incūbit de neceſſitate: q̄ ſic ē peccatū veniale. hec ex Tho. xxij. q: cxxxiij. τ eſt filia accidie.

# Quadrageſima

quando τ qūo fuit iſtituta nō. i. c. quadrageſima de cōſe. di. v. vbi dr̄ q̄ a xp̄o fuit inſtituta: τ vt decimā annoꝝ deo reddamꝰ: qñ eſt incipiēda τ a quibus abſtinēdū: τ q̄ hora comedendū: vide. ſ. ieiunium.

# Quarta

falcidia vel trebellianica. vide legitia. Quarta funeralis. vide canonica portio.

# Queſtuarii

dicūtur qui diſcurrūt ꝓ elemoſynis: q nullo modo recipi debent: niſi veras lr̄as: aut apl̄icas. Aut dioceſani oñdāt: τ ponit forma lr̄aꝝ. in. c. cū ex eo. de pe. τ re. τ ſi hñt lr̄as apl̄icas nō debēt acceptari: niſi prius ſint p epm̄ exaiati. cle. abuſionibus. de pe. τ re.

¶ Vtrū tales queſtores ſint permittendi predicare. R. q̄ nō. niſi ſolūmō qđ i lr̄is ꝯtinet populo ꝓponere. vt in. d. c. cuꝫ ex eo. τ de here. vt officiū. li. vi. τ. d. cle. abuſionibus. 1

¶ Quid ſi ꝯtinet in eoꝝ litteris q̄ in locis religioſis honeſte τ charitatiue recipiant: τ q̄ fideles ad eoꝝ exhortatiōꝫ ꝯuocēt. R. q̄ nihilominꝰ clerici τ rectores eccleſiaꝝ nō tenentur iuiti p̄dicta facere: q̄ tales lr̄e q̄tū ad hmōi cō 2

mocationes ſunt reuocate ipſo iure:vt hr̃ i ex-trauaganti.cle.iiij.

3 ¶ Quõ nõ debet in tabernis:aut alijs locis i-cõgruis manere:aut inutiles expenſas facere: aut hitũ falſe religiõis portare:aut idulgẽtias vel alia mẽdacioſa ꝓponere.hñtur i.d.cle.abu-ſionib⁹.⁊.d.c.cũ ex eo.

4 ¶ Sed nũqd ſi publice delinquãt:tales pote-rũt ab ordinarijs puniri.R̷.ꝙ ſic.lꝫ ſint exẽpti de priui.c.tuarum.

**Questus** dr̃ oẽ qð ex opera cu-iuſcũqꝫ deſcẽdit.ff.ꝓ ſocio.l.queſtus.glo.i.lucrum.

**Rancor** ẽ diſplicẽtia ꝯ aliquez ꝑp quã deſiderat vel q̃rit qs malũ alteri:⁊ eſt filia accidie qñ ꝓcedit ꝯ aliquẽ:eo ꝙ inducit eũ ad bñ opãdũ. Aliqñ filia ire:⁊ eſt pctm̃ mortale.ſi maluꝫ qð alteri querit vel optat:ẽ qd alicuius iportãtie ⁊ cũ deliberatiõe voluntatis:vt elicio a Tho. xxij.q.xxxv.limita tñ vt.ꝫ.odiũ.

**Ratio** hꝫ triplicẽ gradũ in hoie ſꝫ phm̃.i.ethicoꝝ.Priuſ ẽ añ cõpletũ ſeptẽniũ.vbi nõ intelligit nec ꝑ ſe:nec ab alio cape nõ põt.⁊ iõ illo tpe nulli ꝯctui ẽ aptus.Scðs gradus ẽ cũ ab alijs cape põt lꝫ ipfecte:ſed ipſe ꝑ ſe non ſufficit ad itelli-gẽdũ:⁊ iſtud ẽ i fine ꝑmi ſeptẽnij regulariter: ⁊ tũc põt ꝑmittere aliqua ad q̃ natura iclinat: nõ tñ cũ obligatiõe ꝑpetua.Terti⁹ eſt quando ab alio cape põt ⁊ ꝑ ſeipm̃ ꝯſiderare: ⁊ iſtud ẽ in anno pubertatis:⁊ tũc põt ſe obligare quo ad pſonã.ſ.ad votũ religiõis matrimoniuꝫ: ⁊ hmõi.ſed q̃ ad exteriora nõ:niſi in fi.xxv.ãno rũ.Rõ finalis eſt aĩa legis.vide lex.§.iiij. Et quõ cognoſcat quãdo ratio ẽ finalis vel ipul-ſiua.vide.ꝫ.cauſa.

**Ratiocinia** ſunt redditiones rõnuꝫ ad q̃s quis obligat ex admiſtratiõe reipublice vel priuate.Nã ſunt quedã rõcinia publica qbus obligant officiales curie ex admiſtratõe aliqꝝ ad rẽ publicã ꝑtinẽtiũ.vt.C.de epi.⁊ cle.l.offi-ciales.Quedã dicũtur priuata qb⁹ obligantur hoies ex admiſtratiõe reꝝ priuatarũ:vt tuto-res:curatores:actores:ꝓcuratores:executores extra.de obliga.ad rõ.c.vno.

i ¶ Utrũ obligat⁹ ad rõcinia poſſit ordinari.R̷. ꝙ p⁹ dimiſſionẽ admiſtratiõis ſi eſt obligatus reipublice ex admiſtatione ꝓmoueri nõ poteſt añ reddita rõcinia.c.preterea.l.di.ſecus ſi eſſet obligatus ex mutuo:vel alia cã.l.ex reſcripto. ff.de mu.⁊ ho.C.de epi.⁊ cle.l.qſqs emẽſis.Si vero eſt obligat⁹ pſone ꝑuate:tũc ſi tenet ð do-lo ⁊ fraude ⁊ cõſtat repellit.Si vero ꝯſtare nõ põt:vel tenet ex alia culpa ſic põt ꝓmoueri.In officio ãt admiſtratiõis exñs an poſſit ꝓmoue-ri.Mihi plꝫ opi.Inno.in.d.c.vnico.vbi dicit ꝙ ſi quis gerat tutelam vel curã legitimã vel neceſſariã a legib⁹ ſibi ipoſitã:vel ẽt ſuſcipiat aut miſerabiliũ pſonaꝝ:aut eccleſie ꝓcuratio-nes:ſeu adminiſtratões:⁊ maxie cũ lnia epi ꝙ nõ ipedit ordinari cũ poſſit talia ſuſcipe etiaꝫ ordinatus.al's aũt ꝓhibet.li.di.per totũ.⁊.d.l. officiales.

¶ Sed nũqd magiſter ſcholariũ vel alius fa-mulus q iurauit ꝑ annũ ſeruire poterit religio-nẽ intrare.R̷.ꝙ ſic ſm Hu.iij.di.c.legẽ.lꝫ di-cat ꝙ nemini ꝯſuleret.Ho.dicit ꝙ tutius eſt i-plere qð iurauit.niſi obtineat lnĩam quã ſi nõ vult dare poterit itrare aucte.c.ꝑuenit.cl.ij.ð iureiur.Addo ꝙ etiã liceret qñ immineret ſi-bi periculũ mortalis peccati. 2

¶ Utꝝ obligat⁹ cã pignoris poſſit ꝓmoueri. 3
R̷.ſm Ho.ꝙ nõ.añ redditã rõnẽ.ar.c.ſignifi-cãte.⁊.c.cũ cõtra.de pigno.

¶ Utꝝ filius vſurarij poſſit ꝓmoueri.R̷.ſm 4
Ho.ꝙ nõ.ſi ſuccedat:niſi clamores pr̃is emẽ-det:vel hereditatẽ repudiet.c.tua nos.de vſu.

**Raptor** ꝓprie dr̃ qui rapit reſ i-mobiles.Predo ṽo reſ mobiles.Uñ rapina dr̃ in reb⁹ imobili-bus.Depredatio vero i mobilibus ⁊ ſe mouẽ-tibus:vt aĩalibus ⁊ hmõi:ſm Jo.an.quẽ ſeqt Pa.in.c.i.de rapto.q̃uis vt plurimũ equiuo-ce ſumãtur.Et ſit rapiã cũ quis publice ⁊ vio-lenter rapit.vt in.c.penale.xiiij.q.v.de hoc vi-de inſti.de vi bo.rap.p⁹ principiũ.⁊ ẽ grauius peccatũ q̃ꝫ furtũ.vt in.d.c.penale.

¶ Utrũ raptores largo mõ ꝓ quibuſcũqꝫ pu- i
blice ⁊ violẽter res alienas depdãtibus tã mo-biles q̃ꝫ imobiles poſſint recipi ad cõfeſſioneꝫ niſi reſtituãt rapta:vel que cõbuſſerũt:deſtru-xerũt:depopulauerũt:aut alio mõ dãnificaue-rũt ꝓrimũ:ſicut tenent.l.duob⁹.§.ſiqs iuraue-rit.ff.de iureiur.⁊.l.cũ te nõ ſolũ.C.ꝙ me.cã. R̷.tex.in.c.ſup eo.de rap.ſic ꝙ quicũqꝫ ſurrexe-rit i rapinã ſiue eccleſiaꝝ violationẽ ⁊ mani-feſte fuerit dephenſus:niſi prius ablata reſti-tuat ſi poterit:vel emẽdãdi plenã ſecuritatem fecerit penitẽtie bñficiũ ei penitus denegetur Si vero vſqꝫ ad obitũ i ꝯtumacia ſua durauerit

rit: ꝛ in extremis poſitus remediū pnie poſtu
lauerit humiliter: ſi emendationē: vel emēdan
di ſecuritatē preſtiterit: ei pnia ꝛ eccleſiaſtica
ſepultura ꝯcedaṫ. Qui aūt in ſanitate obſtina
ta mēte nō emēdauerit: ꝛ in morte ſecuritatē
preſtare nō poterit: ſi de peccato ꝯtritus fue
rit: viaticū nō deneget. ꝛ ſic nec ꝯfeſſio ꝛ abſo
lutio: ſed tñ nullus clericoꝝ ſepulture eius in
terſit: nec ei⁹ elemoſynā preſumat accipe: lꝫ ſit
ſepeliēdus in cimiterio. Et qcūqꝫ clericus vel
preſbyter ꝯfecerit: dꝫ deponi ab ordine irrecu
pabiliter. ſ. ſine diſpēſatiōe ꝛ bñficio carere ec
cleſiaſtico: hec in. d. c. ſup eo. Si vero non ſunt
manifeſti poterūt recipi ad ꝯfeſſionē: ſicut alij
peccatores ſm abbatē. in. d. c. ſup eo. ꝛ ēt licet
eſſent manifeſti: ſi tñ moniti nunqꝫ fuerūt ſm
Ho. in. d. c. ſup eo. dūmodo ſint diſpoſiti reſti
tuere vt teneṫ.

2 ¶ Quid de raptorib⁹ depredātibus romipe
tas. vide. s. excōicatio. v. caſu. xxix.

5 ¶ Utrꝫ raptor virginis ſit puniēdus pena. l.
vnice. C. de raptu vir. R. Pa. in. c. cū cā. de ra
pto. ꝙ ſi preceſſit tractatus determinatus de
matrimonio ꝛ ob hāc cām abducit nō cōmit
tiṫ pena de iure canonico: cui ſtam⁹ in h. Sive
ro predictus tractat⁹ nō preceſſit ēt ſi puella fu
it volūtaria cōmittiṫ pena. xxvij. q. vlt. lex illa.
ar. xxxvi. q. i. §. ex hac. i fi. ꝛ obligaṫ ad rſtitutō
nē: nō ſolū ſubtracti ſed ēt lucri: qđ habuiſſet
ille ſub cuius ptāte erat ſm dñꝫ. Jo. de platea
Inſti. de actio. que ex delictis naſcuntur. §. in
triduum.

# Rapina

Rapina fit. Prio in naufragijs Scđo i pedagijs. Ter
tio i queſtis. talijs ꝛ ſimilib⁹. Quarto
i bello. Quīto i extorſiōib⁹ officialiū pl⁹ debito

¶ Utrū dñs agri vel territorij teneaṫ de rapi
1 na in eo facta. R. Pa. in. c. lꝫ. de reſti. ſpo. ꝙ ſi
fuit ſciēs ꝛ potuit prohibere ꝛ nō ꝓhibuit ſic
teneṫ. l. i. C. de fal. mo. Secus ſi nō potuit ꝓhi
bere. l. i. §. is aūt. ff. ſi fa. fur. fe. di. Et idē dic de
villa: ꝛ caſtro. ꝛ hec ē cōis opi. ſm Barto. in. l.
ne quid. ff. de incē. rui. ꝛ nau. Ciuiliter tñ tene
tur nō criāliter ſm predictos.

1 ¶ Sed nunquid ſtabitur iuramēto ſup quāti
tate rerū amiſſaꝝ robato. R. cōiter tenent legi
ſte. in. l. ſi quādo. C. vnde vi. ꝛ Pa. in. c. ſuper
eo. de his que vi. ꝙ vbi quis cōuenitur ex do
lo alterius non admittiṫ ꝓbatio per iuramen
tum in litem. Sed quando ꝯueniṫ de dolo ſuo
ſic credetur iuramento allegantis damnum:
ꝓpterea dicit Inno. in. d. c. ſuper eo. ꝙ. d. c. ha
bebit locū in qualibet vi compulſiua: ablatiua:
expulſiua: turbatiua: ꝛ inquietatiua. Ex quo i
fertur ꝙ ſi probo furtum vel rapinam contra
raptorem ſtabitur iuramēto meo de quātita
te rapta. Et no. ꝙ furtum vel rapina ꝓbaṫ per
ſocios familiares ꝛ hmōi.

# Ratihabitio

Ratihabitio vide. s. conſenſus. §. iiij.

# Reconciliatio

Reconciliatio eccleſie. vide de Conſecratio.

# Recompenſatio

Recompenſatio vide Cōpenſatio.

# Recuſatio

Recuſatio Recuſari pōt iudex delegatus ex multꝭ
cauſis. nō. Pa. in. c. accedens. vt lite nō
ꝯteſt a. Primo qꝛ conſanguineus aduerſarij.
Scđo qꝛ cōmēſalis ipſius. Tertio qꝛ oriūdus
de eius terra. idē de diſtrictu. Quarto qñ non
poteſt haberi acceſſus ad iudicem: niſi per ter
ram inimicoꝝ. Quinto quādo loquitur i au
re ꝛ familiariter cum aduerſario. Sexto quan
do in alia cauſa litigabat cū eo. iſtud no. Pa. i
c. i. de iudi. Septimo qñ ē imꝑitus ꝛ hꝫ aſſeſſo
rē ſuſpectum ibidē Pa.

¶ Utrum proteſtatio de non acceptādo cum i
tollaṫ ꝑ ꝯriū factū. R. Pa. i. c. vnico. de litꝭ ꝯte.
ꝙ nō niſi factū ꝯriū tollat ꝓteſtationē ꝑꝑ itel
lectū aliū intermediatū. Ubi gr̃a. Introgaṫ an
vera ſūt q̄ ꝯtinenṫ in libello. R. reus. Rñdebo
cū ꝓteſtatiōe ꝙ nō itendo ꝯteſtari litē ꝑ hanc
rñſionē. ꝛ ſic rñdet: nō ꝯteſtaṫ ꝑ iſtud factū ꝯ
riū. Secus ſi his dictꝭ diceret iudex nō admit
to hāc proteſtationē: ꝛ poſtea ipſe reus rñde
ret ſine ꝓteſtatione repetita ad libellū: tale fa
ctū ꝯriū tolleret ꝓteſtationē ꝛ lis eſſet ꝯteſtata
Secus ſi iteꝝ repeteret ꝛ ego ꝓteſtor nolle cō
teſtari litē: qꝛ nihil mediū interuenit. ꝓ hoc fa
cit cle. vnica. de dolo. ꝛ qđ dṫ de ꝯſti. c. cū. M.
ꝛ. l. vbi repugnātia. ff. de re. iur. ꝛ in. c. ſolicitu
dinē. de ap. vel dic ſm Bar. in. l. vnica. C. de li
tis ꝯteſta. ꝙ quando proteſtatio reſpicit vnū
ꝛ factum aliud. Nam in litꝭ conteſtatione ori
tur quaſi contractus. Proteſtatio vero ordi
natur ad tollendum iſtū quaſi contractum:
non autem reſponſionem: ꝛ ſic ſunt diuerſa: ꝛ
tunc per factum contrariū non tollitur. Sed

qñ ꝯcernūt vnū:proteſtatio ⁊ factū. vtputa q꞉ rñdet ⁊ ꝑteſtatur ꝙ aio nō rñdēdi:tūc tollitur talis ꝑteſtatio ꝑ ꝯriū factum:q꞉ ꝯcernit idem factū. Uel dic ſm Pa.in.d.c.cū.M.ꝙ qñ ꝑ/teſtatio fit in depēdentib⁹ a mera volūtate ꝑ/teſtātis valet proteſtatio. vt ſi dicat nolle aliđ dicere ꝯ̄ fidē:⁊ poſtmodū dicit ꝑteſtatio de/fendit cū.xxiiij.q.i.hec ē fides. Si vero depen det a volūtate proteſtātis ⁊ alterius ſi alter cō ſentit valet.c.cumana.⁊ qđ ibi no.de elec. ⁊.c. fi.de ꝯdi.appo. Si vo nō cōſentit nec ē iuſta cā proteſtādi nō valet. Secus ſi ſubeſſet iuſta cā.puta metus vel vis:puta vis ꝯ̄dā:aliter in/terficies me:proteſtor ꝙ quicquid dicam facio aio nō ꝯ̄hendi.⁊ vꝫ.xxxi.q.ij.lotarius. Silr qñ iudex delegatus nō cōſentit recuſatiōi:⁊ ſi nō cōpco excōicabit de facto cōpco cū ꝑteſtatiōe de nō ꝯſentiēdo i ipꝫ vꝫ ne cōpitio preiudicat Aduerte tñ ꝙ ꝑteſtatio dꝫ ꝑcedere actū ſup q̊ fit. vt.ff.de ꝯcubi.l.in ꝯcubinatu.

**REgularis** dr̃ qui ad viuēdū regulariter ē aſtrictus ſiue ſit monachus ſiue canonicus regularis de ſta.mo.c.ꝙ dei timorē:ſiue ſit clericus ſiue ſit laicus.lꝫ laicus nō poſſit recipi in canonicū: vt in.c.ij.de inſti.tñ pōt recipi i conuerſum.de elec.c.cū ex eo.li.vi.

**REligioſus** dr̃ tripl'r. Prio largiſſime:⁊ ſic ē qlibet xpian⁹. vt in.c.ꝑ humani.de homi.li.vi.dr̃ xpiana religio. Scdo large ⁊ ſic cō prehendit oēs clericos ſeculares:⁊ oēm xpia/nū honeſte viuentez. Nā in eo ꝙ deo ipendit debitā religionē pōt dici religioſus. ⁊ ſic ſeqr̃ i.q.i.c.nullus.cl.ij.⁊.xxxiij.q.v.qđ deo.ar.devoto ex multa. vbi de hoc. Tertio accipit ꝓprie. ⁊ ſic religioſus ē q profeſſionē fecit alicui de religionib⁹ approbatis ꝑ ſedem aplicaꝫ. de voto. c.ꝙ votū.§.pñti.li.vi.⁊ talis ꝓprie dr̃ religio/ſus. Et religiōes approbate ſunt q̄ttuor. Prima Baſilij. Scda Bñdicti. Tertia Auguſtini Quarta bti Frāciſci. vt no. Laudu.in cle. q꞉ regulares.de ſupplen.ne.pre. Sub iſtis militant oēs ꝓprie religioſi:exceptis cartuſiēſibus qui hñt ſua ſtatuta.

i ¶ Ut ꝝ diſpōſitio odioſa ꝯcepta erga regulares ſeu religioſos extēdat ad fratres de tertio ordine bti Frāciſci:⁊ hmōi. R. Pa.in Rica.đ regu.ꝙ nō q꞉ tales ꝓprie nō dicūtur religioſi. vñ potius coꝝ regula ē quidā modus bñ viuēdi:lꝫ ſit approbat⁹ ꝑ papā. ⁊ iō ſolū cōprehēdet illos qui tria vota ſubſtātialia ꝓmiſerūt in religiōe approbata ſm Jo.an.in glo.i.⁊.ij.cle. ꝑme.de decimis. Et hoc veꝝ:niſi addat aliud: puta qcūqꝫ religioſi. Nā tūc ēt cōprehēderentur hoſpitalarij hieroſolimitani qui nō pñt ꝯ̄/here matrimoniū ⁊ ꝓmittūt obediētiā ſupio/ri:⁊ nō pñt retrocedere ab illo ſtatu. nō tñ comprehēderent alij hoſpitalarij qui vtūtur matrimonio.lꝫ portent certū habitū:q꞉ nō ſunt religioſi:nec ſtricto:nec largo modo. In fauorabilibus vero bñ cōprehēdūtur prefati frēs:quia largo mō videnť ſub regula rōne promiſſiōis facte ſupiori coꝝ.

¶ Quid de inueniētibus nouū ordinē. R. ꝙ nō ſunt religioſi niſi a papa expſſe approbētur:q꞉ cū ſit ꝓhibitū nouū ordinē vel religionē inueni re. vt in.c.religionū.de reli.domi. li.vi. Jō nō religioſi:ſed poti⁹ irreligioſi ſunt cēſendi tales ⁊ hodie ſunt excōicati ipſo facto ꝑ extrauagātem Jo.xxij.que icipit. Scā romana. Recitat Pa.in.c.fi.de reli.domi. 2

¶ Religio beghinaꝝ reprobať ⁊ oēs cā ſectātes ſunt excōicati ipſo facto:ac religioſi dātes eis auxiliū:cōſiliū:vel fauorē in prefato bighinatu.cle.i.de reli.domi. Et no.ꝙ ſorores tertij ordis.S.Fran.nō ſūt ille beghine:vt no. glo. ibidē.cū hēant regulā approbatā a ſede aplica ⁊ multomin⁹ ſorores ſcē Clare. 3

¶ Quis pōt effici religioſus. R.ꝙ qlꝫ qui nō hꝫ aliquā de īfraſcriptis.viij.ꝯditōib⁹ q̄ꝝ prima ē etas imatura.de q̊ dic vt.s̄.nouici⁹.§.i. 4

¶ Secūda ſuilis ꝯditio. Seru⁹ qppe ſine ꝯſenſu dñi nō pōt itrare religionē.ar.liiij.di.c.nullus epoꝝ. Preſcribiť tñ triēnio a religiōe que ħ ignorat.ſi dñſ ſcit ⁊ nō repetit.xvij.q.ij.ſi qs icognitus. Jſte tñ ſi repetať a dño religioſus erit ſm Hu.ibidē.ar.xxvij.q.i.de viduis.⁊ religiōi tenebiť q̄tū in ipſo ē:⁊ ſi manumitteretur nō poſſet ꝯ̄hē.nec ob.c.qdā.de ꝯuer.ꝯiu.q꞉ ille q hꝫ vxorē nō pōt obſuare caſtitatē ea iuita:⁊ ſic religioſus eē nō pōt:ſed ſeru⁹ ſic:q꞉ nō reqriť corp⁹ liberū vt ſit monach⁹ cū i domo ꝓpria qs poſſit eē religioſus.d.c.de viduis. 5

¶ Tertia debitoꝝ obligatō. Qui.n.dꝫ aliqd alteri nō pōt illud licite ꝑtermittē vt religionez igrediať.liij.di.c.general'. Si tñ ſit debitū pecunie. vel talis debitor nō hꝫ vñ ſatiſfaciat.tūc faciat qđ pōt.ſ.cedat bonis ſuis creditori ⁊ ſufficit.ꝑꝑ pecuniā eni ñ obligať ꝑſona liberi hominis.ſed tm̄ ad recōpenſaꝫ. Uñ lꝫ ei reb⁹ ſuiſ exhibitis religionē igredi:nec teneť in ſeculo re/ 6

manere vt ꝓcuret vñ ſoluat debitũ:ſi modo ex
ʒelo dei ꝛ feruore charitatiſ h̄ faciat q: ſpũs ſci
auctoritate hoc facit cui nemo pōt reſiſtẽ. xix.
q.ij.duc.de regul.lz.Si tñ monaſteriũ qꝺ igre
dit̃ aliqd acquireret ꝑ ſucceſſionẽ hereditariã
vel ꝑ donationẽ aut legatũ rõe ipſi⁹ ſolũ:ſic te/
net̃ ſatiſfacere q̃ztũ ſe illud extẽdit qꝺ habuit
eius occaſione ſolummodo.ar.c.ſi qua mulier
xix.q.iij.
7 ¶ Vtꝝ talis teneat̃ i religiõe laborare vt cre
ditoribus ſoluat.R.qdã tenẽt ꝙ ſic.Sed ꝯriũ
credo cũ ex toto ſit religiõi ſubiect⁹ ita q̇ non
ẽ momẽtũ in q̃ a prelato nõ poſſit occupari: ꝛ
nõ hẽat velle nec nolle.c.ſi religioſus. de elec.
li.vi.Itẽ ſi ſteriſſet in ſeculo ꝛ ceſſiſſet bonis ñ
teneret̃ laborare vt ſatiſfaceret ſm Pe.ꝺ pal.
in.iiij.di.xxxviij.Ergo cũ ex ꝓfeſſiõe cedat bo
nis pꝫ ꝙ nõ tenet̃ laborare vt ſatiſfaciat:poſſꝫ
tñ prelatus cũ ꝯſenſu monaſterij hoc ei conce
dere.al's non.
9 ¶ Quid ſi talis ẽt cũ iuramento ad tale debi/
tum erat aſtrictus.R.idẽ per oĩa dicenduꝫ. ar.
c.lꝫ.de regula.
9 ¶ Quid ſi ꝓmiſiſſet talis opari manib⁹ vt ſa/
tiſfaceret.R.ſm Pe.de pal.vbi.ſ.ꝙ hoc non
obſtãte poterit religionẽ itrare ſed ſi bona ſua
ſufficiũt ſatiſfaciat ei ad itereſſe.ꝛ ſic dic de eo
q accepit vxorẽ q̃ patit̃ aliqꝺ itereſſe ex h̄ ꝙ dꝫ
ei ſatiſfacere.ſi hꝫ aliq̃ ſm eũdeꝫ Pe.
io ¶ Quarta rõcinoꝝ detentio. Vñ obligat⁹ ad
rõcinia itrare nõ pōt.liij.di.c.legẽ. Et h̄ veruꝫ
i obligatis ꝑpetuo. In alijs ãt ſecus lꝫ hone/
ſtũ ſit ꝙ prius ſe expediant. Ex q̂ pꝫ ſm Hoſ.
ꝙ ptãs q iurauit regimẽ ciuitatis ꝑ annũ. ma
giſter ſcholariũ q ſilr iurauit legere ꝑ annum:
ꝛ hmõi pñt intrare religionẽ auctoritate.c.ꝑ/
uenit.el.ij.de iureiur.vide.ſ̃.ratiocinie.de hoc
§.i.ꝛ.ij.
II ¶ Quīta ẽ pr̃na ſubuentio. Et vt ſcias ſi pōt
fili⁹ intrare religioneꝫ.dimiſſo pr̃e cui tenetur
ſubuenire. Ero.xx.no.ſm Alex.in.iij.parte ſũ.
ꝙ ſi pẽtib⁹ nr̃is obſeq̃a nr̃a neceſſaria ſunt:ita
ꝙ ſine ipſis ſuſtẽtari nõ pñt:tũc nõ lꝫ religio/
nẽ itrare ſi mõ talia obſeq̃a nõ inducũt noſ ad
aliqd agendũ qꝺ ſit cõtra deũ.ꝛ ſic ꝯriũ ꝯſulen
tes phariſei icrepant̃ a dño Mat.xv.ꝛ ſic ſm
hoc itelige illud.c.ſi,qui.xxx.di. Si vero eis ñ
pōt ſeruire vel debita obſeq̃a exhibere ſine ꝓ/
prie ſalutis diſpẽdio.tũc neceſſitudini generis
diuine religiõis pietas anteferet̃.vt dicit Am/
bro.ſuꝑ Lu.ꝛ ſic poterit itrare ipſis dimiſſis.

Et ſic loqt̃ Iero.in ep̃la ad eliodorũ ꝙ ſolũ ge
nus pietatis ẽ in hac pte eẽ crudelẽ. ꝛ Salua/
tor.Lu.xiiij.Si qs venit ad me ꝛ non odit.Si
aũt nõ ſunt i tali neceſſitate:ſic filius ipſis ẽt i/
uitis pōt itrare:ẽt ſi cũ eis poſſit ſine diſpẽdio
ꝓprie ſalutis ꝑmanere.ꝓbat̃ in.c.i.ꝛ.ij.xx.q.ij
Addit tñ Tho.in.iij.quol.q.vi.ꝙ non ſoluꝫ ꝓ
idigẽtia maxima:ſed ẽt ꝓ mediocri ꝑntũ.puta
q: poſſet viuere ſꝫ tñ cũ notabili iactura ꝛ de/
trimento ſui ſtatus ꝛ ꝯditiõis ſue. puta quia
oportebit eũ mendicare vel alijs ſeruire cũ ma
xima indecẽtia ſui ſtat⁹ dimittẽdus ẽ igreſſus
religiõiſ.ẽt ſi ex voto hr̃et:ꝛ plꝫ qñ pōt ſine ꝑi/
culo ſalutis h̄ facere.
¶ Sexta ẽ dignitatis aſtrictio:vt ſunt ep̃i ꝛ a/ 12
lij ſuꝑiores:q ſine lñia pape nõ pñt itrare.c.lꝫ.
de regula. Inferiores vero ep̃is pñt ẽt inuitis
ſuis ep̃is.vt.xix.q.ij.duc.ſicut ſunt decani:ꝑpo
ſiti:archidiaconi:archipreſbyteri:curati:ꝛ oẽs
alij iferiores ep̃iſ.Bñficiũ tñ eoꝝ alteri nõ dꝫ
ꝯferri niſi expreſſe vel tacite profeſſi fuerit vel
appuerit ꝙ abſolute voluerit vitã mutare .c.
bñficiũ.de regula. li.vi.debent tñ petere lñiaꝫ
q̃zuis nõ obtineant.vt in.d.c.lꝫ.
¶ Sed cui⁹ erũt fructus bñficij añ ꝓfeſſioneꝫ 13
R.ꝙ dꝫ aſſignari debita portio ipſoꝝ fructuũ
alicui q ſeruiat ꝓ ipſo.vt i.d.c.bñficiũ. reliquũ
vero erit ipſi⁹ vt nõ ſit oneroſus monaſterio
qꝺ intrauit tpe ꝓbatiõis. xvi.q. vi. de lapſis.
q: nec ꝓprie eſt religioſus.vt pꝫ in.c. religioſo
de ſen.excõ.li.vi.ğ iure ſuo nõ dꝫ defraudari.
vt.xvij.q.ij.cũ ſaldus.no.Tancre. ꝛ Bartho/
lomeus brixiẽ.ꝛ interim remanet canonic⁹ cu/
ratus vel decanus ſicut prius erat nec benefi/
cium vacat.
¶ Septima matrimonij obligatio.ſ. p⁹ cõſũ/ 14
mationẽ.nã tũc nõ pōt religionẽ itrare:niſi ſꝫ
ꝙ dico Matrimoniũ.iiij.itellige ẽt ſi copula
eſt habita p⁹ ꝯctũ matrimoniũ vel ſpõſalia. ſꝫ
non ſi ante:q: ſic nõ ipediret:nec matrimoniũ
diceret̃ ꝯſummatũ.ar.c.veniẽs.de ſpõ.vbi pꝫ
ꝙ copula precedẽs ſpõſalia nõ facit matrimo
niũ.facit.c.veꝝ.ꝛ.c.ex publico.ꝛ.c.ex pte.ꝺ cõ/
uer.ꝯiu.q̃ reqrũt ꝯſummationẽ: ꝛ eſt illud qꝺ
ſeqtur nõ qꝺ añcedit.
¶ Sed qd ꝺ illo q iurauit aliquã ducere i vxo 15
rẽ nũqd poterit itrare.R.ꝙ ſic.auc̃te.c.ꝑuenit
el.ij.de iureiur.ꝛ.c.cõmiſſum.de ſpõ.in q̊ dr̃ tu
tius ẽ ei ꝛc̃. Intellige quo ad opiõnẽ ne de fa/
cto dicat̃ ꝯ iuramẽtũ feciſſe nõ q̃ ad veritatem
ſm Ric.in.iiij.dic ẽt vt.ſ.§. ix.

16 ¶ Octaua coactiōis īpoſitio.nā oȝ vt ſit volūtarius:alr̄ nō tȝ igreſſus.vt de regula.c.i.xx.q.iij.pñs.In religiōe aūt minoꝝ vltra predicta.viij.reqrūtur alia.v.ſ.q̄ ſit corpore ſanus:legitime natus:nulla vulgari īfamia notatus q̄o pꝛōptus:cōpetēter lr̄atus:vel ad honeſtos labores apt⁹.attñ ſi qs reciperet deficiēs in aliq̄ iſtoꝝ teneret receptio.niſi ſit.i.ij.iiij.v.vi.vij.vel.viij.q̄ aliqñ reddūt receptionē nullam: vt pȝ p predicta.

17 ¶ Quō dȝ qs itrare:aut q̄ intētiōe.R̄.vt moriat̄ mūdo ⁊ ſeruiat xp̄o.xij.q.i.c.ij.

18 ¶ Vtꝝ qlibet debeat reputare votū religionis ꝓportionatū ſue īfirmitati.R̄.ſm Ric.in iiij.di.xxxviij.ar.vi.q.i.q̄ ſic.niſi p certā cōiecturā ſeu expiētiā ſibi cōſtaret de ɔ̄rio.pp enī cuſtodiā que magis adhibet̄ religioſis q̄ȝ ſecularibus.Et pp bona exēpla q̄ vidēt ibi frequētius.Et pp bona verba q̄ frequentius audiūt.Et pp maiores ɔſolationes q̄s diuina benignitas ob fauorē religiōis:et ex ſcā ſocietate īfūdit eis efficit̄ ei⁹ obſeruātia ꝓportōnata ī ipa exñti q̄ īpropōtōnata eēt remanēti ī ſclo

19 ¶ Vtꝝ qs poſſit ꝓfiteri ī aliq̄ religiōe ita q̄ liceat ſibi retinere ſua.R̄.Pa.i.c.inſinuante.q cle.vel vo.q̄ ſi qs ſimplr̄ vouit cū tali ɔditiōe.vr̄ indubio q̄ ſibi reſeruauerit illa bōa:vt obedictiari⁹ monaſterij:q2 verba appoſita ī ɔtractu debēt itelligi ſm naturā ɔ̄ct⁹.vt ī.l.ſi vno.ff.loca.ēt īpropriatȝ verbis.vt ibidē ī pri.⁊ in d.c.iſinuāte.ſm vnū itellectū vt res poti⁹ valeat q̄ȝ peat.l.quotiēs.ff.de ver.ob.⁊.c.abbate.de ver.ſig.⁊ ſic erit religioſus.⁊ p̄fata bōa habebit ad vſuȝ.ꝓ neceſſitate ſua.Idē dic ſi ꝓfitet̄ vt ī domo ſua cū oīb⁹ bonis ſuis moretur.vt no.Ber.Inno.⁊ Ho.in.d.c.iſinuāte.q2 h̄ nō ē ɔ̄ ſubām monachat⁹ vt quis ī certo loco moret̄:aut de certis redditib⁹ viuat:cū h̄ poſſit ſupior ɔcedē.c.cū iter.R.de elec.⁊ ſi poſtea ſupior velit eū āmouere:poterit:lȝ nō debeat niſi ex iuſta cā.Si vero voluit reſeruare vt ꝓ priū:ita q̄ nō ſit locus interp̄tatōi:⁊ tūc ſi fiat reſeruatio p viā cōditōis reſolutiue vel ſuſpēſiue ſic vitiat̄ act⁹ ⁊ nō ɔditio.vt in.c.fi.de cōdi.appo.⁊ ſic nō erit religioſus.Silr̄ ſi fiat p pactū.puta q2 dicit:alit̄ nō itendo ꝓfiteri:nec alio mō:q2 hec verba hñt vim ɔditiōis:vt dic Bar.ī aut.igreſſi.C.de ſac.ſan.ec.Si āt ſimplicit̄ p viā pacti vel modi reſeruat ſibi ꝓprietatē vel facultatē ɔ̄hendi matrimoniū:ſic facit trāſire ꝓfeſſionē in aliā ſpēm:q2 vbi ē pactū ɔ̄ naturā ɔ̄ctus:⁊ īpropriatȝ aliquaten⁹ verbis pōt trāſire ī aliū ɔ̄ctū:fit iterp̄tatio alteri⁹ ɔtract⁹ vt ē tex.no.in.l.vbi ita donatur.ff.de dona.cā mor.⁊ ī.l.cū manuſata.ff.de ɔ̄hē.emp.⁊ ſic erit iſte nō religioſus ꝓprie:ſed oblatus monaſterio:lȝ nō ī totū.⁊ ſic obligabit̄ ad oīa preterq̄ȝ ad reſeruata:q̄ ſi verba nō patiant̄ vt fiat trāſitus ad aliū ɔtractū:tūc pactū īficit ɔtractū in totū.in.l.per ſeruū.ff.de vſu ⁊ habi.iūcta glo.ī d.l.cū manuſata.

¶ Vtrū itrās religionē ex cā īhoneſta:puta vt eēt abbas:vel melius gauderet ⁊ hmōi teneat̄:lȝ nō cōſequat̄ ſuā intētionē.R̄.Pa.i.c.vt clerici.de regu.q̄ ſic.q2 effect⁹ ē religioſus h̄ nō obſtāte.vt tȝ glo.in.d.c.vt clerici.⁊ fac̄ bonus tex.cū glo.in.c.quod interrogaſti.xxvij.q ij.ad materiam. 20

¶ Quid de illo qui dolo induct⁹ eſt ad religionē.R̄.q̄ nihilominus erit religioſus.de ɔuer.ɔiu.c.ex pte.⁊.c.veniēs.⁊.c.dudū.qđ me.cā.cū dilect⁹.⁊ ibi no.Ber.⁊ Ho.⁊ Jo.xx.q.iij.c.vl. 21

¶ Quid de illo q timore mortis efficit̄ religioſus.R̄.q̄ ſi timor īferat̄ ab hoīe ſic nō ē religioſus.qđ me.cā.perlatū:nec obligat̄ p tale votū:niſi poſtea ratificet̄.vt in.c.porrectū.⁊ ī.c.ſicut nobis.de regula.Et hoc itelligo qñ talis timor īfert̄ ab hoīe vt ꝓfiteat̄:vel faciat tale votū:⁊ ſic loquit̄ ⁊ dȝ itelligi.d.c.p̄latū.qđ me.cā.Si vero metus ſit caſualis ſeu naturalis:puta īfirmus:vel ī mari tpe tēpeſtatis:vel ī piculo latronū aut inimicoꝝ:ſic talis metus nō īpedit quin ſit obligat⁹ religiōi ⁊ voto.Si mō deliberate h̄ fecit.vt in.d.c.porrectū.⁊ ſicut nobis.q2 d̄s qñq̄ȝ tales timores īmittit vt ɔuertamur.xvi.q.i.reuertimini.de ɔſe.di.iiij.ſctm̄.in aut.vt nō luxu.ɔ̄ na.§.i.⁊ h̄ ſeqt̄ Ber.Hoſt.⁊ Pa.ī.d.c.ſicut.Alij dicūt q̄ ſi q̄ȝ cito ɔualeſcētiā vel euaſionē piculi ſētit ɔ̄dicat nō tenetur etiā in metu caſuali ſi votū fecit.allt̄.c.ex trāſmiſſa.⁊.c.vlti.de renun.Sed melior eſt opio Ho.⁊ Pa. 22

¶ Vtrū allectus blādicijs ſit religioſus.R̄.q̄ ſic ⁊ ſtare tenet̄.lȝ bona ſua pntib⁹ vel heredib⁹ remanē debeāt nō monaſterio allicienti.vt xx.q.iij.ɔſtituit. 23

¶ Quō āt,debeat,ꝓfiteri.vide.s̄.ꝓfeſſio.ī p̄n.⁊ quō tacite īducit̄.s̄.nouici⁹.§.xij.Et aduerte q̄ tūc dr̄ ꝓprie quis itrare religionē ⁊ effici religioſus cū ꝓfitet̄ tacite vel expreſſe:q2 verba ſunt cū effectu accipiēda. 24

¶ Ad que obligatur religioſus.R̄.q̄ ad obſer 25

uantiam illius regule quã ꝓfeſſus eſt niſi i ca ſu.c.non ſolum.de regu.li.vi.vel qñ ſolum taci te ẽ profeſſus:q2 tũc ſolũ obligat religioni i ge nere.vt.ſ.nouicius.§.xiiij.

16 ¶ Sed quero vbi remanebit iſte talis obliga tus religioni in genere per profeſſionem taci tã.R.ꝙ dʒ aliquam religionem intrare quam vult ⁊ poteſt.Si vero nullam inueniat que eũ velit recipere:debet ſtare in illa in qua tacitaʒ profeſſionem fecit:q2 illa tenetur cuʒ recipere ex q̃ paſſa ẽ tacite eũ ꝓfiteri:vl' ſi noluerit poit i ꝓpria domo remanẽ ⁊ eẽ religioſus ꝓfeſſus. xxvij.q.i.de viduis.qd limita vt.ſ.ꝓfeſſio.§.i.

17 ¶ Vtrũ religioſi teneantur eẽ perfecti. R.ꝙ non.niſi ea perfectione ad quam ſe obligaue runt:ſed tenentur ad perfectionẽ tendere ẽm Tho.xxij.q.clxxxvi.cui contrariat pfectionis contemptus.Vnde nõ ſunt mendaces q̃uis gerant ab extra ſtatum perfectiõis:q2 illud nõ aſſumunt quaſi profitentes ſe eſſe perfectos: ſed quaſi profitentes ſe ad perfectionem ten dere.vnde bene eſſent mendaces:ſi ab intẽtõe pfectõis animũ reuocarẽt ẽʒ Aſtẽ.li.vi.ti.xlvij

18 ¶ Vtꝝ religioſus teneat de precepto ad oia que continent in regula quam profitetur. R. Henri.de gandauo.in.vi.quol.q.xvij.tʒ ꝙ cũ quis ſimpl'r ꝓmittit aliquam regulam ſuare ꝙ tenetur ad ꝯtenta in ea omnia etiã ſub mo nitione ſicut ad precepta.Sed iſtud nõ credo verum q2 ſic ſequeret ꝙ monachi bti Benedi cti obligarent ad oia cum dicat regula.c.cum diſciplina fratrum.ꝙ ſi nouicius habita deli beratione ꝓmiſerit ſe omnia i regula cuſtodi re ꝯtẽta ꝙ tũc recipiat.Et h̃ eſt expreſſe cõtra cle.exiui.§.cũ igitur.de ver.ſig.Et ideo dico ꝙ ſimpliciter promittens regulã vel ꝓmittẽs ſic ꝙ eſt tutius vt faciũt minores.ſ.promitto ſeruare regulã fratrum minoꝝ.ſ.viuendo in obedientia ſine proprio:⁊ in caſtitate: ꝙ talis nõ tenetur niſi ad tria vota ẽm ꝙ modificata ſunt in illa regula preceptorie vel inhibitorie: ſeu ſub verbis equipollẽtibus alias nõ de pre cepto:ſed de bono cõſilio.Et pro hoc eſt bon⁹ tex.in.c.exijt qui ſeminat ⁊c̃.de verb.ſig.li.vi. Nã idẽ eſt dicere ꝓmitto ſeruare regulam ta lẽ.ac ſi diceret ꝓmitto ꝯuerſatõʒ ẽʒ illã rl'am. Et ſic intelligunt illa verba tam ex ꝯſuetudi ne vouẽtium q̃ʒ recipientiũ.tamen magis cau tum eſt dicere.vt dixi ꝙ fratres minores ẽuãt Addit.S.Tho.xxij.q.clxxxvi.ꝙ trãſgreſſio a lioꝝ a preceptis poſitis i regula vel orətenus

factis a prelato obligat ſolũ ad mortale pp cõ tẽptũ regule:q2 hoc directe cõtrariat profeſſio ni p quam quis vouit regulareʒ vitam:vel dic ẽm eũdem Tho.vbi.ſ.ꝙ religioſus tenet ad p fectionem tẽdere cui contrariatur perfectiõis cõtemptus:⁊ iõ eſt mortale.Et vt ſcire poſſit quiſqʒ ad quid tenet qlʒ religioſus incipieñ.cẽ ſui a regula beati Frã.q̃ q̃uis fuerit vltima i executione:tñ eſt prima in nobilitate ⁊ perfe ctione.de qua dr̃ in cle.Exiui.h̃ eſt illa celeſtis vite forma ⁊ regula ⁊.i.c.Exijt q ſeminat.de ver.ſig.li.vi.Hec ẽ illa apud deũ ⁊ patrẽ mun da ⁊ imaculata religio q̃ deſcẽdens a pře lumi nũ p ei⁹filiũ exẽplariter ⁊ verbaliter apoſtolis tradita:⁊ demũ p ſpm̃ ſcm̃ btõ Frãciſco:⁊ eum ſequẽtib⁹ inſpirata totius in ſe quaſi ꝯtinet te ſtimoniũ trinitatis.h̃ eſt cui atteſtãte Paulo nemo dʒ de cetero eſſe moleſtus quã xp̃s paſſi onis ſue ſtigmatib⁹ꝯfirmauit volẽs iſtitutorẽ ipſius paſſiõis ſue ſignis nõbil'r iſigniri.hec il le.Cuius declaratio cũ ſit firma ⁊ certa.vtpo te a ſpũ ſcõ emanata a quo regulabat ſacrũ ꝯſi liũ vienẽſe:i quo fuit declarata pleniſſime qd errare nõ potuit circa p̃dicta:cũ ptineãt ad fi dẽ ⁊ bonos mores.xxiiij.q.v.a recta.iõ tutiſſi mũ ẽ in.d.religiõe viuere:vbi nõ opionib⁹ ho minũ viuit:aut doctoꝝ:ſed ſci ſpũs declaratio ne:⁊ quilʒ ali⁹religioſus tunorat⁹ex ei⁹declara tione poterit ſcire quõ ſuã debeat itelligere ꝓ feſſionẽ:⁊ ad q̃ teneat de precepto vel ne.Dic ergo tex.cle.exiui.de ver.ſig.edite.in.d.ꝯcilio. declaramus ⁊ dicimus ꝙ fratres minores nõ ſolũ ad tria vota nude ⁊ abſolute accepta ex ꝓ feſſiõe ſue regule obligantur:ſed etiam tenent ad omnia implẽda que ſunt pertinẽtia ad hec tria que regula ipſa ponit.Nam ſi ad hec tria preciſe ⁊ nude tantum promittentes ſe ſerua re regulam viuendo in obedientia caſtitate: ⁊ ſine ꝓprio:⁊ non etiam ad omnia ꝯtenta i re gula que hec tria modificãt artarentur pro ni hilo ⁊ vane ꝓfererentur hec verba.Promit to ſemp hanc regulaʒ obſeruare:ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceret.Nec tñ putan dum eſt ꝙ beatus Franciſcus ꝓfeſſores hui⁹ regule quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota:ſeu ad alia in ipſa ex preſſa intenderit equaliter eſſe obligatos:quin potius aperte diſcernit:ꝙ quo ad quedaʒ ipo rum ex vi verbi trãſgreſſio ẽ mortalis.⁊ quo ad quedã alia non:cũ ad quedam ipſoꝝ verbũ apponat precepti:vel equipollẽtis eidẽ:⁊ quo

ad quedā alia non. Jtē qꝛ preter ea que exp̄ſſe
verbo p̄cepti ac exhortatiōis ſeu monitōis po
nūtur i regula nō nulla. verbo impatiui modi
negatiue vel affirmatiue apposito inferuntur
hactenus extitit dubitatū: an tenerent ad iſta
vt ad hn̄tia vim precepti: dicim⁹ ꝙ lȝ frēs non
ad oium que ſub verbis ipatiui modi ponunt
in regula: ſicut ad preceptoꝝ ſeu p̄ceptiſ eqpol
lētiū obſeruātiā teneant. Expedit tn̄ ipſis fra
tribus ad obſeruādū puritatē regule ⁊ rigorē
quo ad ea: ſicut ad equipollētia preceptis ſe no
uerit obligatos que hic iferius annotant. Ut
aūt hec que videri pn̄t equipollētia preceptis
ex vi verbi: vel ſaltē rōne materie de q̄ agitur:
ſeu ex vtroqȝ ſub cōpendio habeātur. Decla-
ramuſ ꝙ illud qḋ ponit i regula de non hn̄do
plures tunicas q̄ȝ vnā cū caputio: ⁊ aliaȝ ſine
caputio. Jtē de nō portādis calciamentis: ⁊ ḋ
nō equitādo extra caſum neceſſitatis. Jtem ꝙ
frēs vilibus induant. Jtem ꝙ ieiunare a feſto
oim ſcōꝝ vſqȝ ad natiuitatē dn̄i: ⁊ in ſextꝭ fe-
rijs teneant. Jtē ꝙ clerici faciāt diuinū offici
um ſm ordinē romane eccleſie. Jtē ꝙ miniſtri
⁊ cuſtodes ꝓ neceſſitatibus infirmoꝝ: ⁊ fratri
bus iduēdis ſolicitā curā gerāt. Jtē ꝙ ſi quis
in ifirmitatē ceciderit alij frēs debent ei ſerui
re. Jtē ꝙ frēs nō predicent in ep̄atu alicuius
ep̄i. cū ab eo illis fuerit ꝯdictū. Jtē ꝙ nulluſ au
deat populo penitus predicare niſi a generali
miniſtro. vel alijs qbus id cōpetit fuerit exaia
tus ⁊ approbatus ⁊ ad hoc iſtitutus. Jtem ꝙ
frēs q cognoſcerent ſe nō poſſe regulam ſpūa
liter obſeruare debeāt ⁊ poſſint ad ſuos mini-
ſtros recurrere. Jtē ꝙ oia que ponūtur i regu
la ad formā hitus tā nouicioꝝ q̄ȝ profeſſoruȝ
nec nō ad receptiōis modū ad ꝓfeſſionem ſpe
ctātia niſi recipiētib⁹ quo ad habitū nouicioꝝ
ſicut dicit regula ſm deuȝ alr̄ videat: hec inqȝ
oia ſunt a fratribus tanq̄ȝ obligatoria obſuā
da. Jtē ordo cōiter ſēſit tȝ ⁊ tenuit ab antiquo
ꝙ vbicūqȝ ponit i regula hoc verbū teneātur
obtinet vim precepti ⁊ obſeruari dȝ a fratrib⁹
ſicut tale. hoc in. d. cle. ex quib⁹ oibus pȝ nihil
fore ſpāle in hac expōne magis q̄ȝ in alijs: niſi
hoc vltimū qḋ dicit de verbo teneātur: ſȝ ver
ba ipſa ex ſua natura ſic iportāt vel rōne ma-
terie: vel rōne vtriuſqȝ. Regula bti Baſilij ſȝ
ꝙ inueni hȝ ſolū iſta vltra tria vota. ſ. abſtinē
tiā a carnib⁹. Jeiuniū ab exaltatiōe ſcē crucis
vſqȝ ad paſcha exceptis dn̄icis: ſilentiū de no
cte: modū officij ꝙ comedāt i cōi refectorio: le
gant in mēſa: vacent lectiōi ⁊ labori manuum
ne ſint ocioſi: q̄ vtꝝ ſint precepta vel ne: nō iue
ni ab aliquo declaratū: ſed p precedētia poſſet
declarari. Regula bti Aug. iudicio meo idigēt
papali declaratōe. Nā Henri. de gandauo in
vi. q̊l. q. xvij. ⁊ quidā alij tenēt ꝙ oia q̄ in ipſa
ſunt cadūt de precepto ꝑꝑ verbū qḋ ponit Au
gu. in pri. dicēs. Hec ſunt q̄ vt obſuctis p̄cipi
mus. Alij dicūt ꝯriū: q̄ꝝ opio vr̄ mihi verior
⁊ benignior qꝛ ſicut in ſacra ſcriptura q̄dā ſūt
que hn̄t modū ⁊ intētionē precepti: vt illud: h̄
eſt preceptū meū vt diligatꝭ inuicē. Jo. xv. q̄dā
que hn̄t preceptū i intētōe ſed nō i mō vt illud
Exo. xx. Nō furtū facies. Jta ſūt q̄dam q̄ hn̄t
modū p̄cepti: ſȝ nō intētionē: vt illḋ Mar. vij
p̄cepit eis ne cui dicerēt: qꝛ ex hoc n̄ obligabat
ad mortale eos ſi p̄dicaſſent miraculū. Sic fa-
tēdū ē de regula bti Aug. Jō exponerē eā ſm
q̄ ſacꝝ ꝯciliū expoſuit regulā bti frā. iproprīā-
do verbū p̄cipim⁹ rōne maťie: ſicut ⁊ ipropriāt
v̄ba mōi ipatiui ꝑꝑ materiā. i. d. regl̄a mioꝝ
Regula bti Bn̄dicti ſilr̄ idigēt declaratiōe pa
pali alijs plura p̄cepta alijs pauciora ponēti-
b⁹: tn̄ ego ſȝ declaratiōȝ regule mioꝝ ita expo
nerē ei⁹ v̄ba. De frib⁹ p̄dicatorib⁹ tȝ Jo. ḋ ne
apoli. i. xiiij. q̊l. q. xvi. ꝙ tenet ſuare oia ꝯtēta i
regula bti Aug. ⁊ i ꝯſtōibus eoꝝ ꝓut ſunt i ea
⁊ i eis ꝯtēta. h̄ eſt p̄cepta vt p̄cepta: ⁊ ꝯſilia vt
ꝯſilia: dato ꝙ p̄lat⁹ nō p̄cipiat nec mandet eis
ſeruare. Nec ob. ꝙ dicūt qdā ꝙ n̄ ꝓmittūt ſer-
uare regulā ſȝ obedire p̄lato ſȝ regulā ⁊ ꝯſtōeſ
qꝛ ſic electus p̄lat⁹ l; nō ꝓmiſit tenet tn̄ ſerua
re ea q̄ ꝑtinēt ad ſtatū prelatoꝝ: ⁊ xp̄ianus ea
q̄ ꝑtinēt ad ſtatū xp̄ianoꝝ: ſic frat p̄dicator eo
ipſo q̊ ꝓfitet ordinē p̄dicatoꝝ: ⁊ vult eē frater
p̄dicator ꝓmittit ꝯn̄ter ſuare ſpectātia ad talē
ordinē ſaltē tacite ⁊ ſi nō exp̄ſſe.

¶ Utꝝ aūt obligent ad mortale trāſgrediēdo
qdā tenēt ꝙ nō. nec ēt ad veniale ſȝ ſolū ad pe
nā niſi faciāt ex ꝯtēptu allegātes Tho. xxij. q.
clxxxvi. h̄ dicētē ſm h̄ eſt falſuȝ: qꝛ ꝯriū tȝ Jo.
de neap. vbi. ſ. vbi dixit q̄ trāſgreſſio aliorū a
tribus votis eſt peccatum mortale vel ꝓpter
preceptum factum a prelato oretenus: ſiue i re
gula exp̄ſſum. Jtem in prologo ꝯſtōnū ipſorū
dr̄. Cōſtitutiōes noſtre non obligant nos ad
culpā niſi ꝑꝑ p̄ceptū vel ꝯtēptū: ꝗ vbicūqȝ in-
teruenit p̄ceptū obligant. Un̄ gcqd eſt ꝯ votū
caſtitatis vel pauptatis aut p̄ceptū regule vel
ꝯſtōnū certe eſt mortale. Et Tho. vbi. ſ. loqui-
tur de preuaricatione aliorum que non ſunt

de precepto in eorum regula vel ꝯſtitutionibꝰ
ꝙ ſolum obligant ad penam ⁊ ſic eſt verum.
Et melius ⁊ ſecurius eſt in cōſtitutioībus fra
trum minorum ſub regulari vita degentium
que non obligant eos ad aliquam culpam nec
etiam penam: niſi per prelatos eis imponat̃.
⁊ ſic liberaliſſima ꝯſcia viuūt licet habeāt mł
tas ꝯſtitutiones pro eorum regulari vita con
ſeruanda factas. Regula beate Clare hodie
per declarationem Eugenij.iiij.habet.v. que
obligant ad mortale. Primum obedictia. Se
cūdum paupertas. Tertium caſtitas. Quartū
electio abbatiſſe. Quintum clauſura. ⁊ ea que
pertinent neceſſario ad predicta. Ad alia vero
non obligantur de precepto niſi eo modo que
obligant vł a deo vł ab eccleſia generaliẽ ſicut
alij talis ſtatus. Aliarum monacharū non vi
di regulas: nō pertrāſeo ꝙ ꝑ predicta pūt itelli
gi qn̄ obligant̃ ad mortale vel non.

19 ¶ Utrum religioſi teneātur de precepto obe
dire prelato i omnibus. R. ꝙ aut prelatus pre
cipit aliquid qđ eſt ſm regulaꝫ aut īfra: aut ꝯ:
aut ſupra regulā. Si prelatꝰ precipit qđ ē ſꝫ re
gulam ſic tenent̃ obedire ne dū ſi ſunt ſm re
gulam explicite ſed etiā implicite: vt ſunt ob
ſequia cōmunitatis ⁊ negocia ordinis promo
uenda ſine quibꝰ ꝯſeruari non poſſet ordo re
gularis obſeruantie. Itē ea que faciunt ad re
gule pleniorem obſeruantiam. Hec implicite
ſunt ſm regulam. ⁊ in hoc ꝯcordant cōmunit
doc. Si autem precipiat preter regulam: vt q̄
in ipſa non ꝑtinent̃ nec ad ꝑtēta in ea expedi
unt vel ordinant̃: vt leuare feſtucam vel aliqd
hmōi: ſic duplex ē opīo: vt dicit Pe.i.q.q̄dam
de quol. quidā dicūt ꝙ in grauioribus nō te
nent̃ ſed veriꝰ eſt ⁊ cōmunꝰ tenet̃ ꝙ nec i gra
uioribꝰ nec in leuibus que ſunt preter regulam
tenent̃ obedire: qꝛ ad hoc animū habuit obli
gandi ſe. ⁊ facit ꝓ hoc qđ no. Pa.in.c.lr̄as. de
reſti.ſpo. ⁊ in.c.ex litteris. de ſpon. ⁊ quod no.
Inno.i.c.veniens. de iureiur. Si aūt ſunt īfra
regulam ſic tenent̃. vt reficere corpus ⁊ hmōi.
Si vero ſunt cōtra regulam tunc diſtinguo.
Aut prelatꝰ pōt in tali precepto regule vel ꝓhi
bitione diſpēſare ꝯ qđ precipit: ⁊ ſic ſi ex rōna
bili cā mouet̃ ad id precipiendū tenet̃ ſubditꝰ
eidem obedire q̄uis videat̃ ſubdito ꝙ non ſit
rōnabilis: puta prelatus precipit ꝙ frangat ie
iuniū qꝛ ꝓbabiliter preſumit de eius debilita
te q̄uis ſubdito videat̃ ꝙ ſit fortis dꝫ in hoc
iudiciū ſuū ſupponere iudicio prelati ⁊ ei obe
dire: qꝛ ſepe euenit vt alij magis perpendant
debilitatem alterius ex aſpectu q̄ꝫ ipſe qui hꝫ
ſiue ex inexperientia ſiue ex feruore. Aliquādo
ſilr̄ ſi dubiū ſit an ſit cōtra regulam vel an poſ
ſit diſpenſare tenet̃ obedire.xxiij.q.i.quid cul
pat̃. Si aūt ſit certū ꝙ eſt cōtra regule ꝓceptū
vel ꝓhibitionem in qua non poteſt diſpēſare
prelatus. vel ſi poteſt clarꝫ eſt ꝙ nō ex rōnabi
li cā illud precipit ſic non eſt ei obediendū. ⁊ đ
hoc habes.ſ. Diſpenſatio. ꝙ ſi prelatus ꝓcipi
at ea que ſunt ſupra regulam. ſic ſi ſunt ad cau
telam peccati cōmittendi. vtputa prelatus pre
cipit vt ieiunet in pane ⁊ aqua qꝛ videt eū luxu
rioſum: ſic nō tenetur obedire: niſi qn̄ veriſilr̄
videt non poſſe aliter euitare peccatum. Si
vero ſunt que precipiunt̃ in penam peccati cō
miſſi. ſic tenet̃.c. dilectus.el.ij. ⁊.c.qm̄. de ſimo.
ſi aūt ſunt i augmentū meriti vt recipere mar
tyriū ⁊ hmōi. ſic non tenet̃ obedire. ⁊ ſic loqui
tur.c.geſta.lxxiiij.di. vbi dr̄ nō poſſe idici ſtri
ctiorem vitam aliquibꝰ qđ veriſſimū credo qn̄
ſolus prelatus hoc precipit. Sed ſi maior ps
faceret ſtatutum artans ad ſtrictiorem vitam
ſic tꝫ Inno. vt refert Pa. ⁊ ſequit̃ in.c.ſup eo.
de regula. ꝙ omnes obligant̃. Sed ego dubito
de hoc ⁊ potius teneo contrarium: qꝛ hec au
ſteritas maior q̄ꝫ regula cōcernit omnes de re
ligione vt ſingulos non vt vniuerſos. ⁊ ſic re
quiritur cōſenſus omniū. facit regula. Qđ oēs
tangit.li.vi. ⁊ qđ obijcit̃ đ.c.periculoſo. de ſta
tu.regu.li.vi. pōt dici illud non debere dici.ſ.
regulam: ſed ſm regulam. ⁊ ibi modus conuer
ſandi taxat̃ ſm naturā rei: vt dicit ibi Jo.mo.
⁊ Archi. cū nō deceat mulieres euagari.c.mu
lieres. de iudi.li.vi. ⁊ ſm prefatam diſtinctionē
potes reducere ad cōcordiam qđ no. Ber.in.c.
relatum. ne cle. vel mo. ⁊ Jo.an.in.d.regula qđ
omnes. ⁊ Pa.in.d.c.ſuper eo. ⁊ S. Bona.i.ij
di.vlti.q.vlti. ⁊ Alex.in.iij.parte ſūme. ⁊ Tho.
xxij.q.ciiij.

¶ Utrū oīs inobedientia ſit peccatū mortale. 30
vide.ſ. Inobedientia.

¶ Utrū religioſus magis teneat̃ obedire pa 31
tri carnali neceſſitatem patiēti ⁊ requirēti q̄ꝫ
prelato ſuo cōtrariuꝫ imperanti. R. ꝙ queſtio
habet varietatē īter doc. Ricar. tꝫ ꝙ religioſi
magis tenent̃ patri carnali q̄ꝫ prelato in his
que pertinēt ad neceſſitatē illius precepti. Ho
nora patrem tuum: qꝛ ſic tenent̃ de iure natu
re ⁊ diuino: a quo precepto nulla ꝓfeſſio abſol
uit: qꝛ ꝯſilia obſeruāt̃: vt ꝑfectiꝰ ꝓcepta impleāt̃

Hoc idem tenet Henric. de gandauo in. vi. quol. q. xviij. q tenent ad necessitatez vite na turalis parentu. ⁊ q preceptum de honore e per se ⁊ obligatio voti religionis e per accidens: ⁊ qd e per se no dz solui per illud quod e p accidens. In alijs aut in quib9 no obligantur ex prefato precepto. Honora patrem tuu dicit q magis teneat prelato spuali qz patri. Alex. No vbi. s. dicit q illa que pot religiosus sine detrimento regularis ordinis solummodo teneat patri exhibere. sicut orare: cosulere: honorare. Alia aut sicut est subuenire eius necessitatib9 cu nihil habeat no teneat. ⁊ sic videt tenere q potius prelato sit obediendu. Sed mihi videt dicedu vt colligo ex Nicholao de lira. matth. xv. q aut pr erat in tali necessitate anteqz filius ingrederet religionem. ⁊ sic dico q magis teneat patri vel matri in tali necessitate subuenire qz prelato pcipienti ptrariu. Ro q actio ex pctu vel quasi cotra aliquē copetens no extinguit per religionis ingressum. Aut si extinguitur vt volut quidam doc. q p mortuo habetur. vt. C. de epi. ⁊ cle. l. deo nobis. §. hoc ⁊ cognitum. tamen fm eos ex edicto de capitis diminutione restituitur. l. tutelas. §. Iniuriaruz ff. de capi. dimi. vnde dicut doc. q p9 ingressuz poterit ex actione seu obligatione qua pri9 tenebat couenir: sed per abbatem vel sindicuz respondebit. vt. C. de epi. ⁊ cle. aut. ca que cum monacho. ⁊ no. i aut. de mona. in prin. ⁊ i aut. de sanctis. epi. §. puidere. ergo multo forti9 ex obligatione precepti diuini. imo etiaz de iure positiuo tantuz teneat filius patri q pr pot eu vendere p necessitate famis. l. ij. C. de pa. qui. fi. di. teneat etiam ad alimenta. l. filia. C. de patri. potestate: etiam si pater sit relegatus pter incestuosas nuptias: vt in aut. de ince. ⁊ nepha. nup. ergo non debet priuari iure suo sine causa. vt no. in. c. satis peruersum e. lvi. di. ⁊ in. c. vlti. xix. q. vlti. facit optime tex. xxx. di. c. si qui filij imo videt q si ex ingressu sit inhabilis ad patri subueniendu q monasterium teneat: quia monasteriu est loco heredis ⁊ filij ingredietis vt in aut. de scis. epi. §. sed hoc pnti. de pba. in pntia. in fi. ⁊ lex dicit q heredes lz extranei tenent prestare alimenta. ar. l. si quis a liberis. §. ite rescriptu. ff. de libe. agno. ergo ⁊c. Aut pat ⁊ mater no erat i tali necessitate q filius teneretur ei subuenire: sed post ingressum i tale necessitatem deuenit: ⁊ sic dico q non poterit ei subuenire pdicete impio plati: q ia est ei obligatus p votu: ⁊ sic deo. ⁊ sic maiori vinculo ligat prelato qz patri: q preceptu de obseruatione voti e de prima tabula: de honore parentu est de scda. Ite primu est negatiuu: scdm affirmatiuu. ergo magis strigit: preterea semel deo dicata no pnt cotra volutatem ipsius vsurpari. facit regula semel. de reg. iu. li. vi. Na religiosus abdicauit a se ne du teporalia sz ⁊ pprium velle. xix. q. vlti. statuimus. xij. q. ij. no dicatis. ff. de re. iur. l. velle non credit. ergo no astrigit nisi ei in cui9 manu suu velle posuit: q inanis est actio qua excludit inopia debitoris. l. na is ff. de dolo. ⁊ impossibilium nulla obligatio. ff. de reg. iu. Nec ob. q preceptuz diuinu erat an ingressum. q lz esset no tame obligatio: q cuz sit affirmatiuu non obligat nisi pro loco ⁊ tepore. ⁊ ideo cu non esset tunc obligatus no poterit tenere postea: regula factu legitime. de re. iur. li. vi. sicut si dispensasset bona sua pauperibus patre non indigente non posset repetere: lz veniret postea ad necessitatem. Ad ea tame que pot exhibere. s. q permittutur a prelatis bene teneret inquatu pot sine regularis obseruatie detrimeto: sicut orare: cosolari: ⁊ hmoi. vt dicit Alex.

¶ Quid de ingrediete religione alicui9 monasterij i quo no seruat regula: puta comedutur 31
carnes in monasterio sci Benedicti vel tangutur ⁊ recipiutur pecunie i monasterio sci Frācisci: ⁊ hmoi. ⁊ sic pfitet fm cosuetudine qua inuenit. R. Alex. q non excusat: q qui pfitet regula pfitet non cosuetudinem. Et io no excusat si regula no obseruat. xx. q. iij. pstituit. q metus ca. cum dilectus. ⁊. c. fi. ⁊ si dicas q nemo obligat nisi ad id ad qd se obligare intedit. R q hoc vez est explicite: sed iplicite non: q qui vult principale puta esse frater minor vult ⁊ accessorium. s. obligatione ad precepta regule minoz lz h no intedat. ⁊ de h e casus rotudus in. c. ex pte. de regula. Na ex q hitu religionis detulerut q pfessis dat: ⁊ alia fecerunt q pfessis pueniut pfessione tacita ad minus fecerut ⁊ sic si no illi religioi salte alii i genere sut obligati ⁊ obseruatioi pteto z i ea. ⁊ h tenet. lz Pa. i. c. sup. e. d regul. alr teneat. Sz p pria opione e Inno. ⁊ Ho. i. d. c. sup eo. ⁊ Pa. posset intelligi qn tal erat simplex: nec sciuit nec potuit scire obligatione regule: solu credidit q ad illa obligaret fz q viuebant: q credo q tal posset alia religione lz latiore itrare sz si ibi vult manē teneat fz regula viuere: nisi ex aliq rōnabili

cā poſſꝫ p̄ſumi ꝙ aliq̄d p̄ceptoꝝ nō ſeruat̄: qꝛ
ſic ēt excuſaret̄: vt. ſ̄. dixi. Monachus. §. ij.
33 ¶ Vtrū religioſus aſſumpt⁹ ad aliquā digni
tatē. puta ep̄atū vel ēt iferiorē teneat̄ ad regu
le obſeruātiā. R̄. ꝙ ſic ad oīa q̄ face pōt ſine p̄
iudicio p̄lationis vel officij ſibi ipoſiti. vt no.
Tho. xxij. q. clxxxv. ⁊ vide. ſ̄. Mōachus. §. vij.
34 ¶ Vtꝝ religioſus poſſit trāſire ad aliā religi
onē. R̄. colligendo dicta doc. ꝙ aut ē latioꝛ ad
quā trāſire vult: et ſi i ſua religiōe nō ſuat̄ re
gula: tūc poterit ad latiorē trāſire ſm Inno. ⁊
Pa. i. c. ſane. de regula. Q̄d ego limito ſꝫ Jo.
an. ⁊ bn̄ vex qn̄ nō eſt i ꝓuīcia aliđ mōaſteriū
eiuſdē religiōis ad quod poſſit trāſire:, vel in
q̄ poſſit itrare: nec ē ſpes reformatiōis mona
ſterij ſui. Si v̄o in ſuo monaſterio ſuat̄ regu
la. tūc nō pōt ad latiorē trāſire ſine lnia pape
ſine cā legitima: ſed cū ei⁹ lnia ſic ſi ēt n̄ ſubeſt
cā legitia ſꝫ gl. i. c. cū ſingula. de p̄bē. li. vi. quā
gl. credo verā q̄ ad eccleſiā militātē: ſed n̄ quo
ad deū. ar. coꝝ q̄ no. i. c. nō eſt voti. de voto. ꝙ
ſi cā ſubeſt. ſic tꝫ Inno. ⁊ ſeq̄tur Pa. in. c. non
ē dubiū. de regula. ꝙ ep̄s pōt diſpēſare. ar. c. n̄
mediocriter. de ꝯſe. di. v. do. An. i. d. c. nō ē du
biū. tꝫ ꝙ ſi cā ē vrgens pōt ep̄s: ſed ſi cā nō idi
get, tali celeritate recurrēdū eſt ad papā. Sed
ego dico ꝙ ꝯſiderādū ē an religioſus talis ſit
exēpt⁹ vt cōiter ſunt. ⁊ ſic ep̄s nō poterit diſpē
ſare cū nullā auctoritatē habeat ſup ip̄m: ſed
diſpēſabit prelat⁹ ſuus q loco ep̄i p̄eſt illi reli
giōi ſm glo. in. d. c. nō dubiū. Aut ſi tale nō hꝫ
recurret ad papā. Si vero nō ſit exēpt⁹: ſic cre
